



Gradus. lxxj. de discretione

habitus conijcit. Sepe igitur eriguntur tota emundantur filiam: sicut et minima cauerna totum nonnunquam labores corrumpit ac perdidit. Sepe fit ut reges per inimitias vim animi elusiter: nec tamen concupiscentie ardore exciter: fitque nonnunquam ut ingens carnis afflictio: ipsos et fortallemore moueat: ut non in nobis ipsis confidant: sed in deo: que carne hac incognire mortificat viuere. Non aliquos se cum deum diligere viderim: id causissime feruere: ut confidentia omnino fugiamus. Nihil enim ita charitate solueret: odiumque consequitur efficere sicuti confidentia. Intellectuales et valde decoros ac lucidus est anime obitus: omnique spiritus sine idea: post in corporeas substantias ex cellit. Et quo fit ut virtuti quoque sepe altarum animarum cogitationes: pro ingentibus ad illas dilectione possunt cognoscere: idque summagis: cum a carnis luto demerit per seordes non fuerint. Si nihil ita de purgatione nature contrarium est: ut mareria omneque legit intelligat. Obseruantes in secularibus quod obfistit diuine prouidentie: in nobis autem intellectu sciencie. Ibi quod quod animo imbecilles et infirmi sunt: et corporis calamitibus et periculis: exteriores et interioribus a deo se visitare cognoscant. que vero perfecti sunt et presentia sancti spiritus et adiectione gratiam. Quotiens queis calcetulo decubuerim: aduenies in mundum spiritus: inique ac foetiditas cogitationes veluti spicula quedam iaculatur in nos: ut cum per desidiam ad orationem non exurgimus: neque contra illum oculis armanur: in foetidis obdormiamus cogitationibus foetiditas videmus somnia. Est ex spiritibus vnus que precursor dicitur: qui nos e somno surgentes primum

8a 4. 2.

cogitationum vitioz et vir. ffo. cix

rana vna banus: ita et cum virtutes exercem: fit sepe ut et vicia clam illis implicita et conera simul arripiamus. Erepti causa. hospitalitatis gastrimarum conera est: dilectioni fornicatio: discretio astus: prudentie nequicia: mansuetudini simulario et tarditas et desidia: et contra dictione sui cuiusque moderatio atque inobediencia: silentio: doctrine atque eruditionis tumor: gaudio: elatio: superbia: delictatio: rursus: conderatio: que solitudinis: accidia et torpor: castitati amaritudo: humilitati confidentia: atque his omnibus veluti commune colligitur: immo vero venter inanis gloria conera est. Non contristemur quoties perentes aliquid a domino non cito exaudimur. Mellet enim dominus si id ex pediret: oes homines vno tempore moriere fieri impassibilis. Dees que petit aliquid a domino: nec petitionis sue consequitur effectum: omnino propter aliquam istarum causarum id paritur: siue quia intempes sine postulat: vel quia indigne et cum inanis gloria: vel quia si acciperent in superbia se eleuarent: ferentque negligentiores: cum id quod petierant adepti essent. De demonibus ac vicia vel per turbariones ad tempus aliquod: vel et iugiter ab anima discedant: nullis se ambigit ut puro. Quot autem modis: eorum huiusmodi discessio a nobis fiat: paucissimi omnino sciunt. Recesserunt a quibusdam vicia non solum fidelibus: verum et infidelibus: vno excepto. Illud enim solum veluti primarium vitiozum omnium deliquerunt: ut implere ceterorum locum: cum tale sit atque adeo noxium: ut e celo precipitare possit: consumitur prius materia diuino igni inflammata: et cum ea a radicibus consumpta: animas purgata fuerit: simul iam et vicia recedunt: nisi

~~24-5-6~~

R. 30909

Didaci deza archiepiscopi hispalēsis no
uarum defensionum doctrine āgeli-
ci doctoris beati Thome de a-
quino super quarto libro
sententiarum q̄stio-
nes profundissi-
me acvtilissi-
me feliciter
incipi-
unt.



i 15877127

On the 15th day of the month of
January in the year of our Lord
1600 the said John was
admitted to the degree of
Bachelor of Arts in the
University of Cambridge
and was sworn to keep
the statutes and orders
of the said University
and to be obedient to
the laws and customs
of the same.

Tabula questionum et conclusionum huius quarti libri defensionū theologie diui doctoris Thome de aquino in quarto sententiarum per reuerendissimū doctōrē Didacum de deca archiepiscopum hispalensem.

Distincti. j. Questio. j.

Utrum in sacramētis noue legis sit aliq̄ virtus gratie causatiua.

pdu. p. **Definitio sacramēti** quā ponit magister. s. sacramētū est inuisibilis gratie visibilis forma ita vt eius imaginē gerat et causa existat: est bene assignata.

pdu. 2. **Sacramēta noue legis** consistunt in rebus et verbis.

pdu. 3. **Sacramēta noue legis** sūt causa gr̄e nō solū sine q̄ nō: s; et causa p̄ quā

pdu. 4. **In sacramētis noue legis** est aliqua virtus gratie causatiua.

Questio. ij. Utrum sacramēta veteris legis

causent gr̄am. **Sacramēta veteris legis** gratiā nō cōferēbāt ex aliq̄ virtute in eis existēte: quemadmodū sacramēta noue legis illā cōferūt.

pdu. 2. **In sacramēto veteri** circūcisionis nō cōferēbāt gratia ex opere operato.

Questio. iij. Utrum sacramēta veteris legis possit post passiōē xp̄i sine peccato mortali obseruari.

pdu. p. **Sacramēta veteris legis** et alie ceremonie legales cessauerūt statim post passiōē xp̄i et quo ad vim obligādī et quo ad eorū vtilitatē.

pdu. 2. **Sacramēta veteris legis** p̄ nūc obseruari non p̄t sine peccato mortali.

pdu. 3. **Baptismus** nō cadebat sub precepto sed sub consilio ante passiōē xp̄i.

pdu. 4. **Gratia sacramentalis** est alterius rationis a gratia virtutū et donorū.

Distincti. iij. Questio. j.

Utrum baptisim⁹ imprimat characterē in aīa.

pdu. 1. **Character** quātū ad id qd̄ est: ē forma absoluta et potētia quedā supernaturalis.

pdu. 2. **Aliqs character** est potētia actiua vt character cōfirmationis et character ordinis.

pdu. 3. **Character** ē subiectiue nō imēdiatē in eētia anime sed in potētia ei⁹ intellectiua.

pdu. 4. **Per sacramētū baptisimi** imprimitur character suscipienti.

Dis. v. et. vi. Questio. j.

Utrum paruuli infidelīū sint inuitis parētibus baptizādī.

pdu. p. **Paruuli infidelīū filij** nō dū habētes vsum rationis: baptizādī nō sunt inuitis parētibus.

pdu. 2. **Baptismus** per se loquēdo equalē effectū habet in omnibus paruulis baptizatis.

pdu. 3. **Recipiens scienter** baptisimū a malis ministris

precisus ab ecclesia dei p̄ heresim vel scisma vel excomunicatiōē extra casum nec essitatis peccat.

pdu. 4. **Abalis minister** baptizans cum solemnitate quasi minister ecclesie: peccat mortaliter. nō aut̄ si in casu necessitatis sine solēnitate et nō vt minister baptizat.

Questio. ij. Utrum baptisimus aut cōfirmatio a ficto suscepta: recedēte fictiōe sortiat̄ suū effectū.

pdu. p. **Quia character** quodā modo disponit ad gratiā: ideo recipiēti characterē semp̄ gratia cōfertur nisi ponat obicē fictionis: quo tamē remoto gratia ipsa cōfertur.

Distincti. vij. Questio. j.

Utrum sacerdos simplex etiā si non sit ep̄us possit cōfirmare.

pdu. p. **Simplex sacerdos** nō episcopus confirmare potest ex cōmisiōe solius pape.

Distinctionis. viij. et. ix. Questio. prima.

Utrum forma sacramenti eucharistie sit conueniens. s. hoc est corpus meū.

pdu. p. **Eucharistia** est sacramētū.

pdu. 2. **Eucharistia** est vnū sacramētū.

pdu. 3. **Forma cōsecrationis panis** cōpleta et precisa cōsistit in his verbis. hoc est corp⁹ meū.

pdu. 4. **In hac oratione** hoc ē corpus meū: licet hoc nō significat determinate illud quod demonstrat quando profertur.

pdu. 5. **Cōpleta forma cōsecrationis sanguinis** ē ista. hic est calix sanguinis mei nom̄ et eterni testamēti mysteriū fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionē peccatorū.

Distincti. x. Questio. j.

Utrum corpus xp̄i sit in altari vel eucharistie sacramento realiter.

pdu. p. **Uerū corpus xp̄i** est in sacramento eucharistie s̄m veritatē et nō solū sicut in signo.

pdu. 2. **Totus xp̄s** totalitate substantiali est realiter in sacramento eucharistie.

pdu. 3. **Ch̄s** totalitate q̄ntitatis cōtinetur in hoc sacramento.

Questio. ij. Utrum corpus xp̄i sit in eucharistia mobiliter id est vtrū ibi moueā localiter.

pdu. p. **Ch̄s** s̄m eē qd̄ habet i eucharistia non mouetur per se: sed potest moueri p̄ accidens localiter ad motū hostie.

pdu. 2. **Nullus oculus** corporalis potest videre

- confero alio retento.
- conclusio. 3. **C**ontritus extra charitatē existens potest satifacere deo pro peccatis per gratiam et charitatem prius dimissis quo ad culpam.
- conclusio. 4. **O**pera extra charitatē facta nō sunt proprie meritoria alicuius boni etiam temporalis.

Distin. xj. Questio. j.

Utrum post consecrationē eucharistie remaneat ibi substantia panis.

- conclu. p.^a. **S**ubstantia panis et vini non remanet in hoc sacramēto post consecrationē.
- conclu. 2.^a. **S**ubstantia panis aut vini licet non maneat in eucharistia: nō tamē pprie annihilatur.
- conclu. 3.^a. **I**n hoc sacramēto substantia panis et vini conuertitur in corpus et sanguinē xp̄i.

Distin. xij. Questio. j.

Utrum accidentia separata a substantia panis conuersi in corp⁹ xp̄i possint imutare substantialiter aliquid extrinsecum.

- conclu. p.^a. **I**n sacramento eucharistie accidentia panis remanēt sine subiecto q̄d sit s̄ba et q̄ntitas sine quo cūq; subiecto. q̄ tñ est subiectū alioꝝ
- conclu. 2.^a. **P**redicta accidentia possunt imutare substantialiter aliquid extrinsecū.
- conclu. 3.^a. **P**redicta accidentia possunt corrumpi et ex eis corruptis generari substantia.

Distin. xij. Questio. j.

Utrum hostie vel sanguini a duobus consecrato possit aliquid admisceri.

- conclu. p.^a. **P**lures sacerdotes possunt simul vnā et eandē hostiā consecrare.
- conclu. 2.^a. **V**ino cōsecrato potest aliq̄s alius liquor permisceri.

Distin. xiiij. Questio. j.

Utrum sacramētum penitētie possit tollere culpam remanente reatu.

- conclu. p.^a. **P**enitētia est sacramētū et recte dicitur sacramētum penitētie.
- conclusio. 2. **P**enitentia interior est quedam specialis virtus ab alijs distincta.
- conclu. 3.^a. **P**eccata sunt materia sacramēti penitētie.
- conclu. 4.^a. **S**acramētū penitētie quandoq; tollit culpā remanente culpe reatu.

Questio. ij. Utrū post penitētiā resurgat homo in equali virtute.

- conclu. p.^a. **P**enitēs nō semp̄ resurgit i equali ḡfa vel charitate ei a qua cecidit s̄z quādoq; i minori.

Distin. xv. Questio. j.

Utrū homo possit deo satisfacere p peccato

- conclu. p.^a. **P**urushomo de communi curiū et fm̄ dei p̄ordinationē non potest p̄fecte satisfacere deo p peccatis cōmissis nisi i virtute meriti xp̄i
- conclu. 2.^a. **N**ullus potest satisfacere deo de vno pec-

conclusio. 1. **P**eccatū veniale non potest dimitti absolute mortali vel mortali remanente.

Questio. ij. Utrū penitentia beat partes.

Distin. xvij. Questio. j. Utrum peccatum veniale possit remitti sine mortali.

conclusio. 1. **P**artes sacramenti penitētie conueniēter assignant̄ tres. s. cōtritiō cōfessio et satisfactio.

conclusio. 1. **P**artes sacramenti penitētie conueniēter assignant̄ tres. s. cōtritiō cōfessio et satisfactio.

Distin. xvij. Questio. j.

Utrum vere cōtrit⁹ et penitēs plus debeat cogere penā inferni vel omnino nō eē q̄ peccare

conclu. p.^a. **C**ontritus tenet in generali velle partem gis quancūq; penā q̄ peccare.

conclusio. 2. **Q**uilibet cōtrit⁹ magis dolet de peccato q̄m ē offēsa dei: q̄ de eo dē put ē nocentiū sibi

conclu. 3.^a. **F**ortis fortitudine politica plus debet cogere peccatū fortitudini oppositū q̄ mortale. et fm̄ rectā rationē eligit q̄ndo castitas occurrit: ppter bonū cōmune cui ipse parē

Questio. ij. Utrum cōfessio facta ab illo qui nō est contritus nec penitens: aliquid valeat.

conclu. p.^a. **C**onfessio facta sine cōtritione est sacramentalis: quāuis tūc nō valeat ad remissionē peccati: valet tamē postea recedente fictione. in quo casu cōfessus nō tenet peccata prius confessa iterū confiteri sed tantūmodo fictione

Dis. xviii. Questio. j.

Utrum confessio non integra possit aliquo valere ad salutē.

conclu. p.^a. **C**onfessio debet eē integra sic vt homo confiteatur vni sacerdoti omnia peccata que in memorie occurrunt.

conclu. 2.^a. **Q**uāuis penitēs teneat omnia peccata vni sacerdoti cōfiteri: et tñ necessariū nō ē q̄ vno absolute ab omnib⁹ pctis cōfessis s̄z p̄ q̄busdā absolute ab vno et a q̄busdā ab alio.

Distin. xix. Questio. j.

Utrū quilibet sacerdos possit vti clauē que habet in quēlibet hominē.

conclu. p.^a. **C**laues ecclesie et potestas sacerdotum sunt idem re.

conclu. 2.^a. **S**acerdos nō potest regulariter loqui vti clauē in quēlibet hominē.

conclu. 3.^a. **S**acerdos habet potestātē arbitrādi in foro penitētiāli.

Distin. xx. Questio. j.

Utrum per indulgentias possit aliquid remitti de pena satisfactoria.

Indulgentie valore habet ex meritis xpi et aliorum sanctorum.

Indulgentie valet per modum recopensationis et satisfactorie capiendo de meritis xpi et sanctorum.

Disti. xxj. Questio. j.

Utrum peccatum veniale possit expiari quo ad culpam per penam purgatorio.

Culpa venialis i eo qd cu gratia decedit remittitur post banc vitam in purgatorio.

Peccatum veniale mortali adiuctum in inferno punitur pena eterna.

Questio. ij.

Utrum i quolibet celare peccata q sub sigillo confessionis novit.

De necessitate sacramenti penitentie est q sacerdos confessor celet confessione sibi facta.

Sacerdos debet celare no solu peccata confitentis: veru etia alia in confessione sibi dicta per q peccata confitentis possit deprehendi.

Sacerdos propter nullu preceptu ecclesie vel prelati debet reuelare confessione.

Sacerdos de voluntate et licentia confitentis potest reuelare peccatum sibi confessum.

Dis. xxij. Questio. j.

Utrum extrema unctio sit sacramentu.

Extrema unctio no est quid sacramentale sed sacramentu.

Effectus principalis huius sacramenti est remissio peccatoru quo ad reliquias peccati.

Materia prima huius sacramenti est oleu per episcopum consecratu.

Forma huius sacramenti est oratio deprecatoria et non indicativa.

Dis. xxij. Questio. j.

Utrum ordo sit sacramentu.

Ordo ecclesiasticus in quo dat spualis potestas est vere sacramentu.

Licet sint plures ordines: omnes tamen sunt vnu sacramentu et non plura.

Questio. ij.

Utrum episcopatus sit ordo.

Episcopalis potestas est superior potestate simplicis sacerdoti in respectu ad corpus xpi mysticu.

Episcopatus est ordo sicut q ordo est potestas ad actiones hierarchicas respectu corporis mystici: no aut sicut q ordo est sacramentu.

Distinctio. xxvj. vij.

vij. ix. Questio pma.

Utrum matrimoniu sit sacramentu.

Matrimoniu est vere et realiter sacramentu.

Sacramentu matrimonij confert gratia.

Coniunctio nexu matrimonij non est relatio rationis: sed est aliquid reale.

Distin. xx. et. xxj. et xxij. Questio pma.

Utrum matrimoniu beate Marie virginis habuerit aliqua bona excusantia illud.

Matrimoniu habet aliqua bona illud excusantia. scilicet fides proles et sacramentu.

Per predicta bona actus matrimonij excusatur a peccato et non sine illis.

Beata virgo ante eius coniugiu cum ioseph vouit virginitate no absolute sed sub conditione. scilicet nisi deus aliter disponderet.

Distincti. xxij. cum

no uem sequentibus. Questio pma. Utrum votu continencie ane xpi ordinibz sacris impediatur ne ordinat' possit habere simulas uxores

Unu viru habere plures uxores simul repugnat iuri naturali matrimonij no pmeuo s; secunda ratio: nec tu aliquo modo licet sine diuina dispensatione

Votu solene impedit matrimoniu contrahendu et dirimit contractu. sed votu simplex licet impediatur contrahendu no tu dirimit contractu.

In voto solemniter religionis papa dispensare non potest potestate ordinaria. i. absq speciali dei consilio aut reuelatione.

Ordo sacer impedit matrimoniu contrahendum. et dirimit contractum.

Disti. xliij. Questio. j.

Utrum corruptu vel annihilatu: per dei potentia possit idem numero reparari.

Nullum corruptu vel annihilatu potest per agens naturale idem numero reparari.

Res habens esse permanentem si fuerit corrupta vel annihilata potest per diuinam potentiam eadem numero reparari.

Res successive sicut motus et tempus si corrupte fuerit vel annihilate: no possit per aliquam potentiam etia diuinam eadem numero reparari.

Questio. ij.

Utrum resurrectio omnium mortuorum erit in eodem instanti.

Resurrectio mortuorum fide tenenda est. ratione tui naturali probabiliter conuincitur per.

Licet resurrectio sola diuina virtute perficiatur: tamen angeli cooperabuntur ad aliquid preambolum resurrectioni.

Resurrectio singulorum erit in instanti.

Omnes homines resurgent simul in eodem instanti.

Disti. xliij. Questio. j.

Utrum in resurrectione anima resumat idem corpus numero quod prima habuit.

Ad identitatem resurgentis exigitur q habeat eandem materiam numero. Ita q

si anima petri informaret materiam corporis pauli non esset idem petrus qui prius.

Questio. ij. Utrum corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia.

2du^o. 1^a. **C**Impassibilitas corporis glorificati prouenit in eo virtute diuina per quilitate supernaturale corpori glorioso inherere propter plenitudinem animae super corpus.

Questio. iij. Utrum corpus gloriosum per dotem subtilitatis possit esse in eodem loco simul cum alio corpore.

2du^o. 1^a. **C**Corpora beatorum erunt subtilia per aliquam formam eis inherere quod dicitur de subtilitate.

2du^o. 2^a. **C**Corpus gloriosum non habet ex ratione sue subtilitatis quod possit esse cum alio corpore simul in eodem loco.

2du^o. 3^a. **C**Diuina virtute duo corpora possunt simul esse in eodem loco.

Questio. iiii. Utrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

2du^o. 1^a. **C**Ignis inferni affliget corporaliter damnatos post resurrectionem: quantum non alterabit corpora a sua naturali dispositione.

2du^o. 2^a. **C**Anima separata potest pati et affligi ab igne corporeo.

2du^o. 3^a. **C**Privatio diuinae visionis est principalis pena damnatorum.

Distin. xlv. Questio. j.

Utrum sancti qui sunt in patria cognoscant orationes nostras.

2du^o. 1^a. **C**Beati in patria vident in verbo orationes metales et vocales eis a nobis directas.

Distinctionis. xlvi. vij.

Questio prima.

Utrum christus in generali et ultimo iudicio iudicans secundum formam humanam: sit ostensurus reprobis formam diuinam.

2du^o. 1^a. **C**Christus in ultimo iudicio iudicabit non solum in natura humana: sed etiam quodammodo secundum naturam humanam.

2du^o. 2^a. **C**Christi diuinitas in iudicio potest a malis videri sine gaudio.

2du^o. 3^a. **C**In ultimo iudicio omnia merita et demerita singulorum erunt omnibus bonis et malis nota.

2du^o. 4^a. **C**Probabile est illud vniuersale iudicium futurum esse quantum ad discussionem et sententiam mentaliter et non vocaliter.

Disti. xlix. Questio. j.

Utrum vltima beatitudo vel felicitas humana sit aliquis actus eternus.

2du^o. 1^a. **C**Beatitudo seu felicitas humana est actus et non habitus.

2du^o. 2^a. **C**Beatitudo hominis est vita eterna et aeterna eternitate mensuratus.

Questio. ij. Utrum beatitudo vltima hominis consistat essentialiter in actu intellectus.

2du^o. 1^a. **C**Ultima hominis felicitas vel beatitudo non consistit essentialiter in aliquo actu voluntatis.

2du^o. 2^a. **C**Ultima felicitas hominis consistit essentialiter in actu intellectus.

2du^o. 3^a. **C**Ultima felicitas hominis non consistit in operatione intellectus practici.

Questio. iij. Utrum omnes homines appetant beatitudinem.

2du^o. 1^a. **C**Omnis creatura rationalis naturaliter et ex necessitate appetit suam beatitudinem.

Questio. iiii. Utrum intellectus creaturibus possit pertigere ad videndum deum per essentiam.

2du^o. 1^a. **C**Nullus intellectus creatus ex proprijs naturalibus potest videre diuinam essentiam aperta visione.

2du^o. 2^a. **C**Intellectus creatus indiget adiutorio luminis glorie ad videndum clare diuinam essentiam.

Questio. v. Utrum essentia diuina ab intellectu creato per aliquam similitudinem videatur.

2du^o. 1^a. **C**Diuina essentia per nullam similitudinem creatam videri potest.

Questio. vi. Utrum videtur deo deus videt vel quod possunt in ipso videri.

2du^o. 1^a. **C**Nullus intellectus creatus videndo dei essentiam videt in ipso omnia quae deus facit et facere potest.

2du^o. 2^a. **C**Intellectus creatus videns diuinam essentiam quodammodo videt in ea omnia: non tamen omnia simpliciter.

Dis. l. Questio prima.

Utrum anima a corpore separata aliquid cognoscat vel intelligat.

2du^o. 1^a. **C**Anima separata naturali cognitione non intelligit res per species quas a rebus accipiat post sui separationem a corpore: sed bene per species post separationem sibi a deo influxas.

Questio. ij. Utrum anima hominis separata possit corpus mouere localiter.

2du^o. 1^a. **C**Anima separata non potest sua naturalis virtute mouere aliquod corpus.

2du^o. 2^a. **C**Anima separata virtute diuinitatis supernaturaliter sibi data potest mouere localiter corpus.

Explicit tabula questionum et conclusionum quartilibri defensionum sancti doctoris per reuerendissimum dominum Didacum de deza archiepiscopi copu hispalensem.

Didaci deza archiep̄i
hispalensis nouarū de
fensionū doctrine ange
lici doctoris b̄ti Tho
me de aquino sup quar
to libro iniarū q̄stiones
p̄fundissime ac vtilissi
me feliciter incipiunt.



Irca p̄
mam distinctio
nem quarti libri
sententiā queri
tur vtrū in sacra
mentis noue le
gis sit aliqua vir
tus gratie causa
tiua et arguitur
q̄ non. quia idē
non p̄t esse in

diuersis. sed ad sacramenta concurrūt diuersa. s.
res et verba. vni⁹ autē sacramenti non potest esse
nisi vna virtus. ergo videt̄ q̄ in sacramētis nulla
sit virt⁹. ¶ In oppositū arguitur. qz dicit Augusti
nus sup Joānem. que tāta est vis aque vt corp⁹
tangat et cor abluat. Et Beda dicit q̄ dñs tactu
sue mundissime carnis: vim regeneratiuā contu
lit aquis. ¶ In hac questione erunt quattuor ar
ticuli vt supra in tribus libris.



Quantū ad pri
mū articulū sit prima p̄clusio q̄
diffinitio sacramenti quā ponit
magister. s. sacramentū est inui
sibilis gratie visibilis forma ita
vt eius imaginē gerat et causa existat: est bene as
signata. hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac
p̄ma diffictione lectione prima. ar. p̄o sub. ar. 3.
¶ Secunda cōclusio est q̄ sacramēta noue legis
cōsistunt in rebus et verbis. hanc cōclusionē tenet
S. Tho. vbi supra. ar. 3. Et. 3. p. q. 60. articulis
4. et. 5. et. 6. et. 7. ¶ Tertia conclusio est q̄ sa
cramēta noue legis sunt causa gratie nō solum si

ne qua nō: sed et causa per quā. hanc cōclusionē
tenet. S. Tho. vbi supra in hac dif. ar. 4. sub. ar.
p̄o. Et. 3. p. q. 62. ar. p̄o. Itē de veri. q. 27. arti.
4. ¶ Quarta cōclusio est q̄ in sacramētis noue
legis est aliqua virtus gratie causatiua. hanc cō
clusionē tenet. S. Tho. in hac dif. loco. p̄ime al
legato sub. ar. 2. Et. 3. p. q. p̄ime allegata. ar.
3. Et in de veritate loco p̄oxime allegato.



Quantum ad ar
ticulū secundū arguendum ē cō
tra cōclusiones. Et quidē cōtra
primā arguit Durandus p̄ban
do q̄ ad sacramentum noue le
gis non requirant̄ tres cōdicionē posite in pro
batione cōclusionis. qz vt dicit in sacramēto ma
trimoniū nulla predictarū triū condicionū rep̄i
tur. sufficiunt enim ad matrimoniū verum sola
verba expr̄mētia consensum in quib⁹ ille tres cō
dicionē reperiri nō possunt. ¶ Item de necessi
tate sacramēti ordinis non est cōsecratio mate
rie nec in se nec in suo simili saltē q̄tum ad quat
tuor minores ordines et q̄m ad subdiaconatus
et tamē sunt sacramēta. ¶ Item tertia cōdicio. s.
q̄ sacramēta contineāt inuisibilem gratiā s̄m hu
gonē vel q̄ sint causa gratie s̄m magistrū: calū
niā hēt apud multos. vnde diffinitio data a ma
gistro non videt̄ bona. nec similiter diffinitio hu
gonis qua dicit̄: sacramentū est materiale elemē
tum exterius oculis suppositū ex institutione diui
na signans ex similitudine representās ex sancti
ficatione inuisibilem gratiā continēs. sed diffinitio
Augustini qua dicit̄: sacramentū est in quo sub
tegemēto rerū visibiliū virtus diuina salutē no
stram secreti⁹ operatur: videtur ceteris preferē
da vt puta q̄ nullam patit̄ calūniā. ¶ Contra
secundam cōclusionē arguit idē Durandus dicēs
q̄ matrimoniū p̄t cōtrahi sine verbis puta per
litteras inter absentes vel per nutus et signa in
ter mutos vel verecundos presupposito interio
ri consensu et est eque verum sacramētū sicut ma
trimoniū per verba contractū. quod pro tanto
est qz matrimoniū fuit in veterilege sicut et in no
ua: nec aliquid reale additū est ad matrimoniū
in noua lege supra illud quod erat d̄ ratione ei⁹
in veteri nisi forte idiuisibilitas. et ideo sicut tūc
poterat contrahi sine verbis: ita et nūc. ¶ Nec va
let quod ab aliquib⁹ dicit̄ q̄ matrimoniū s̄m q̄
est sacramētum in disp̄tatione ministrozū confi
stens: requirit aliqua verba. s. benedictionez ab
ecclesia institutā. quia benedictio nubentium nō
est de essentia matrimoniū sed solum de solemnī

tate. nec omne matrimonium benedicitur sed solum primum: et tamen secundum est sacramentum sicut et primum. nec ecclesia potest statuere aliqua que sint essentialia sacramento et c. ¶ Item que non omnia sacramenta noue legis consistant in verbis et rebus sed solum quedam patet. sacramentum enim matrimonij finem suum potissimum esse consistit in verbis exprimentibus consensum de presenti. sacramentum etiam penitentie prout est sacramentum noue legis hoc est. prout includit confessionem penitentis et absolutionem sacerdotis: consistit in solis verbis. nec requirit in aliquo predictorum sacramentorum aliqua res preter verba. ergo predicta sacramenta non consistunt in verbis et rebus. Et si dicatur que in matrimonio verba vnius coniugum tenent locum forme et verba alterius tenent locum materie: in penitentia verba sacerdotis absoluentis tenent locum forme et verba penitentis tenent locum materie: non valet. quia nos non dicimus quod in quolibet sacramento sit aliquid pro forma et aliquid pro materia: quod in matrimonio sit difficile assignare hoc quia quilibet coniugum de pari se habet ad matrimonium: et ideo verba vnius censenda sunt sicut verba alterius. sed querimus an omnia sacramenta noue legis consistant in verbis et rebus: et constat que non quod ad predicta duo sacramenta. quia cum dicitur sacramentum consistere ex verbis et rebus: res et verba sunt duo separata ita que nec verba possunt accipi pro rebus nec res pro verbis si illud dictum debeat verificari. et ideo quod in matrimonio et penitentia sint verba: non est propter hoc dicendum que consistant in rebus et verbis. nec propter hoc currere ad matrimonium aut ad sacramentum penitentie possunt dici res prout nunc loquimur. quia suscipientes sacramentum non sunt de intrinseca ratione sacramenti. et sic patet que non omnia sacramenta noue legis consistunt in rebus et verbis saltem penitentia et matrimonium. hec durandus. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit idem Durandus probando que preter gratiam non debeat poni dispositio aut ornatum causatus in anima per sacramenta. constat enim inquit que sine dispositione vel ornatu quem ponis: potest haberi gratia ut in illis qui sanctificantur in utero: vel in adultis qui iustificantur ante susceptionem baptismi: et in illis qui vere conuertuntur ante confessionem et absolutionem. gratia etiam habita sine illis sufficientissime ornat animam. quare ponere talem dispositionem vel ornatum: videtur esse pura adinuentio ad palliandum que sacramenta aliquid causant in anima. de nullo enim alio seruit predicta dispositio vel ornatum. vel dicas

de quo et non erit facile fingere. hic autem non includimus characterem quia de illo fiet inferius mentio specialis. ¶ Item matrimonium verum et ratum potest contrahi inter absentes quantumcumque distantes. si ergo per tale matrimonium conferretur preter absentibus bene dispositis gratia que est a solo deo qui est presens omnibus quantumcumque inter se distantibus: qualiter tamen per verba matrimonij prolata in hispania potest conferri alteri coniugum existenti in francia aliquis ornatum vel dispositio ad gratiam non apparet probabile. ¶ Item vere contritus habet gratiam antequam confiteatur vel absoluat. si ergo per sacramentalem absolutionem causatur aliquis ornatum in eo: ille non poterit esse dispositio ad gratiam que precessit nec ad augmentum gratie. quia sicut dicit se ostendisse libro primo distinctio. 17. sed ma augmentabilis potest augeri ex parte solius agentis sine noua dispositione subiecti. igitur nulla necessitas est que per sacramentum imprimatur talis dispositio vel ornatum. nec apparet utilitas quare nec probabilitas. ¶ Item per sacramenta que dicuntur characterem imprimere non ponitur causari talis dispositio vel ornatum. character ergo excludit necessitatem et etiam congruitatem cuiuscumque alterius dispositionis ad gratiam. cum ergo baptismus confirmatio et ordo dicantur imprimere characterem indelibilem: sequitur ut videtur que baptizatis confirmatis et ordinatis recipientibus alia sacramenta: non imprimatur per ea aliqua dispositio vel ornatum: et sic illa sacramenta nihil causabunt. Et si dicatur que character baptismi non excludit necessitatem nec congruitatem alterius dispositionis ad gratiam absolute sed solum respectu gratie baptismalis: et consimiliter est de characterem confirmationis et ordinis: non valet. quia eadem est gratia secundum speciem per quam in baptismo tollitur culpa originalis et in penitentia culpa actualis et per quam meritoze exercemus actus ad quos deputamur per confirmationem et ordinem et alia sacramenta. et ideo si character tollit necessitatem vel congruitatem dispositionis vel ornatum respectu vnius: tollit etiam respectu cuiuscumque alterius. et sic non videtur que sit ponenda talis dispositio vel ornatum. hec durandus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Scotus probando que nullum sacramentum etiam in virtute dei attingat ad characterem vel dispositionem ad gratiam vel ornatum effectiue inducendo. ¶ Primo sic. creatura non potest agere instrumentaliter ad terminum creationis secundum te. et hoc ut tu di-

cis alibi maxime est verum de substantia corpo-
 rea cuiusmodi est sacramentum. dispositio autē p̄
 ma vel p̄uia ad gratiam qualem ponis: est ter-
 minus creationis. ergo et cetera. hoc probatur.
 quia illa dispositio est forma simpliciter superna-
 turalis: et quelibet talis est eque ineducibilis de
 potentia naturali subiecti recipientis. eque etiā
 subiectum est in potentia obediētiāli ad quam-
 cumq; talem formam. ¶ 2.º quia ista dispositio
 cum fm̄ te sit necessitas respectu gratie: quando
 non est impedimentum in suscipiente: sequitur
 q̄ simul fiant in anima non indisposita ista dispo-
 sitio et gratia. igitur fit in instanti sicut ⁊ gratia.
 quia non est successio in inductione alicuius for-
 me: nisi penes partes mobilis vel forme. neutrum
 autem est hic. non primum quia subiectum est in-
 diuisibile. non secundum quia tunc gradus for-
 me non possent esse nisi talis dispositio continne
 fieret maior et maior. sed possibile est in aliquo
 suscipiente sacramentum minimam dispositionē
 induci sicut ⁊ minimam gratiā infundi. ad illā
 autem gratiam non requiritur nisi minima dispo-
 sitio. non est igitur ibi successio penes gradus fm̄
 quos dispositio successiue inducatur. patet etiā
 tertio illa propositio. quia instrumentū non a-
 git nisi in virtute principalis agentis. igitur si in-
 strumentum potest agere in tempore ad illā dis-
 positionē: sequitur q̄ deus agat in tempore vel
 successiue ad eandem. consequens videtur incō-
 ueniens. tum propter infinitatem potentie agē-
 tis. tum propter sūmam capacitatem suscipien-
 tis non habentis contrarium. sic ergo supponitur
 ex istis tribus rationibus q̄ illa dispositio p̄uia
 ad gratiam quam tu ponis: inducatur vel indu-
 ci possit in instanti. sacramenta autem cōmuni-
 ter non possunt habere actionem suam in instā-
 ti. primo quia cōmuniter in sacramentis requi-
 runtur multa verba. illa autem non possunt ha-
 bere esse in instanti: igitur in tempore. quare nec
 agere actione sua naturali: igitur nec supernatu-
 rali. quia fm̄ te quando instrumentum habet a-
 ctionem excedentem suam virtutem: habet etiā
 actionem propriam. si etiā fingatur vna illarū
 syllabarum totius orationis sacramentalis ha-
 bere esse in instanti quod ideo fictio est quia for-
 matio huius syllabe est cum motu locali aeris et
 motus non est in instanti: adhuc non saluatur
 propositum. quia aut illa esset prima syllaba aut
 vltima aut intermedia. quecūq; sponatur ex quo
 hēt actionē ad illā dispositionē q̄ causatur in istā
 ti et nulla alia: sequitur q̄ illa sola sufficeret ⁊ illa
 sola inter alias haberet rationē sacramēti: q̄ om-

nes alie preter illam nec instrumentaliter nec q̄-
 cunq; modo agunt illam dispositionem p̄uia
 quod est inconueniens. quia in tali oratione sa-
 cramentali vna: non illa syllaba ponitur sacra-
 mentum sed tota oratio. q̄ si vltra fingas vlti-
 mam syllabam esse sacramentum completiue et
 habere actionē que attribuitur sacramento nō
 in virtute propria sed in virtute omnium p̄ce-
 dentium sicut vltima gutta in virtute omnium p̄-
 cedentium cauat lapidem. 8.º physicoꝝ: hoc ni-
 hil est. numq; enim in talibus vltimum comple-
 tiue causat effectum in virtute precedentium: ni-
 si quia precedentia dereliquerunt aliquam dis-
 positionem p̄uiam ad illum terminum. hec au-
 tem syllabe precedentes nullam talem dispositio-
 nem derelinquūt ante vltimam. igitur ⁊ cetera.
 ¶ 3.º quia in aliquo sacramento. s. in eucharistia
 non videtur ista causalitas esse possibilis. et hoc
 siue loquamur de sacramento pleno siue eucha-
 ristia iam consecrata: vel de ipsa consecratione
 sacramentali que est via ad sacramentum. nam
 primo modo loquendo: illa species panis non vi-
 detur esse causa instrumentalis attingendo effe-
 ctum. s. existentiam realem corporis christi hic.
 neq; etiā aliquam dispositionem ad illum effe-
 ctum. De consecratione etiā patet q̄ illa ver-
 ba prolata non attingunt transubstantiationē
 que est terminus principalis illius consecratio-
 nis: cum illa transubstantiatio non fiat nisi virtu-
 te dei infinita quod eque vel magis patet q̄ de
 creatione. neq; attingit aliquam dispositionem
 p̄uiam ad illam transubstantiationem: quia
 aut illa dispositio esset ī pane aut in corpore chri-
 sti. neutrum potest dici. non enim in corpore chri-
 sti: quia iam non esset dispositio. nec in pane: q̄
 cum illa dispositio esset necessitas ad transubstā-
 tiationem: in eodem instanti cum transubstan-
 tiatione esset. et tunc in illo instanti esset panis.
 quia quando est dispositio: est eius subiectum. sic
 ergo panis in illo eodem instanti est in quo est il-
 la dispositio et transubstantiatio quod includit
 contradictionem. Similiter pura fictio videtur
 q̄ per ista verba hoc est corpus meum magis al-
 teretur panis q̄ per alia verba prolata pura iste
 panis est panis et huiusmodi: cum sonus non ha-
 beat virtutem actiuam ad causandum reales al-
 terationem vt apparet in pane. ¶ Potest etiā ar-
 gui hic vt prius. quia illa verba sacramēta ha-
 bent esse in tempore: igitur ⁊ actionem suam in
 tempore. illa autem dispositio ad eucharistiam
 si fingatur: non potest causari in tempore p̄pter
 ea que supra dicta sunt. In proposito etiā est

ratio specialis quare verba cōsecrationis hostie non possunt habere actionem respectu transubstantiationis seu dispositionis necessarie ad illā transubstantiationem. quia non prius agūt circa passum q̄ t̄gāt illud s̄m te ⁊ s̄m p̄m. 2. phisicorum de similitudine agentis ⁊ passi. nec autem in instanti complete prolationis nondū species huiusmodi obiecti verborum tangunt sp̄m panis. quia multiplicatio soni non fit nisi in tempore s̄m p̄m in de sensu et sensato obiectione penultima. igitur per tempus post vltimum instās complete prolationis: nondum transubstantiatio facta est nec dispositio p̄uia ad ipsas. igitur panis per totum illud tempus permanet quod est contra cōmunem opinionem de eucharistia. ¶ 4. arguitur. quia ista opinio ponit pluralitatem sine necessitate quod est contra doctrinam philosophorum vt patet p̄mo phy. de opinione mellis ⁊ eius cōmentatorū contra anaxagoram. et. 7. phy. et. 3. de anima. quia natura nihil facit frustra. semper enī paucitas si sufficiat ad saluandum apparentiam: est magis ponēda. sed talem dispositionem fieri vniuersaliter in sacramētis: omnino videtur superfluum. nec huiusmodi pluralitatis videtur esse aliqua necessitas vt patet in eucharistia. quia fictio purissima videt̄ esse ponere aliquam dispositionem precedentē vel inter existētiā corporis christi que est res signata. in alijs etiam sacramētis hoc probatur. nam in illis que non imprimunt characterem: nulla necessitas videtur ponendi talem dispositionem q̄ dicitur ornatus s̄m te imo hoc videtur cōtra cōmunem doctrinam theologorum. in quibuscūq; enim sacramētis imprimitur dispositio ad effectum principale si propter obicem in suscipiente non causatur tunc effectus finalis: cessante obice sufficit dispositio ad illum effectus principale. apparet etiam in sacramētis imprimētib; characterem que propter hoc sunt initerabilia. sed in fide penitente cessante fictione: nihil ē quod sufficiat ad effectum vere penitentiē alioquin non oportet talem fide confessum de eisdem peccatis iterum confiteri. alias igitur in tali sacramēto nulla imprimitur dispositio que sit dispositio necessitans ad effectum sacramenti. hec Scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Aureolus multipliciter. Primo sic. si sacramentum haberet talem efficaciam et virtutem: hoc deberet poni in sacramento dignissimo puta eucharistie. sed talem efficaciam ⁊ virtutem impossibile est poni in sacramento eucha-

ristie. igitur non oportet ponere in alijs ad saluandum eorum dignitatem. hoc probatur. quia trās substantiatio est actio incomprehensibilis intellectui creato. puta q̄ aliquid transeat in aliud et nihil ponat in eo nec maneat in se nec annihilatur. hoc videtur incomprehensibile omni creato intellectui. et ratio est quia passio in secūdo modo dicendi per se hic separatur a subiecto: cū tamen subiectum in natura sua determinet sibi hāc passionē. Dicitur forte q̄ istā trās substantiationē dupliciter possumus cōsiderare. s. q̄tum ad terminum ad quē. s. corpus xpi et terminū a quo puta substantiam panis. licet ergo sacm non habeat efficaciam circa terminū ad quem: habet tamen circa terminū a quo. omnia aut̄ illa miracula sunt circa terminum ad quē. Cōtra istā respōsionē arguitur sic. q̄ non intelligo q̄ ista opinio velit dicere q̄ virtute trās substantiationis fiat aliquid in pane puta dispositio aliqua sicut aliq̄ mollicies vel aliqua alia qualitas vel respect⁹ quo panis apt⁹ transeat in corpus xpi. si enī mille tales qualitates fierent: non p̄pter hoc apparet panis magis aptus ad trās substantiationē in corpus xpi. ¶ 2. quia illa qualitas ⁊ dispositio induceretur in pane in vltimo instanti prolationis verborū sacramentalium. sed in vltimo instāti prolationis verborū panis non est sed definit esse. et sic illa dispositio ⁊ qualitas fieret in nō ente. sic igit̄ intelligo istā respōsionē non q̄ sacramēta sic agant in trāsitu panis in corpus xpi: quia sic agerent in termino ad quem: sed quia agunt in panem non positue causando dispositionem aliquam in pane sed p̄uatiue agendo in desitionem panis ita q̄ virtute eorum definit esse panis. et si opinio sic intelligatur: arguitur contra eam ⁊ probō q̄ si sacramēta agunt ad desitionem panis: necessario agunt ad transitum in corpus christi et arguitur sic. Eadem actione ⁊ motu quo quis recedit a termino a quo: accedit ad terminum ad quem. nam nihil aliud est recessus ab hoc: q̄ accessus ad hoc. per hoc enim q̄ accedo ad hoc: recedo ab hoc. sed per te virtute verborum fit recessus a substantia panis: igitur virtute eorum fit accessus ad corp⁹ christi. ¶ 2. quia si verba sacramentalia agunt ad desitionem panis: igitur actio eorum erit annihilatiua. sed impossibile est q̄ annihilare conueniat alicui creature. tum etiam quia per hoc doctores euadunt q̄ panis in trās substantiatione non annihilatur quia trās substantiatio non terminatur ad non esse panis sed ad esse corp⁹ christi. quia panis non definit esse sed conuertitur in corpus christi. ¶ 3. quia desitio esse panis: nihil

aliud est q̄ subtractio influxus de inesse panis. igitur agere ad hoc est agere ad hoc q̄ deus subtrahat influxum respectu panis. et tunc si illa virtus potest agere ad hoc q̄ deus subtrahat influxum respectu panis: ita et posset agere ad hoc q̄ subtrahet influxum respectu alterius creature. ergo illud sacramentum nō potest agere ad defitionem panis. **¶** Confirmat quia panis sic definit esse q̄ totum esse panis. s. materia forma definit eē. tunc sic. impossibile est aliquam creaturam sic agere ad defitionem alicuius. igitur rē. assumptū probatur. qz nullum accidens primo agit ad defitionem sui subiecti, omnis autē actio creature est accidens habens creaturā pro subiecto. ergo nullius creature actio est primo ad defitionē materie. **¶** 4. sic supposito p̄mo q̄ omnis actio creature est accidens: secundo supposito q̄ in transubstantiatione sunt duo signa. primus est non entitas panis: secundū est corporis xp̄i entitas. querō igitur de actione verborū sacramentalium in quo est subiectiue: aut in primo signo substantie ipsi panis aut in signo substantie corporis xp̄i aut est actio sine subiecto subsistens. nō potest dici p̄mū quia in illo signo est nō entitas panis. probat qz in instanti in quo est transubstantiatio: primo nō est panis qz tunc primo conuersus est in corpus xp̄i. nec pōt dici secundū quia per te actio procedens virtute illorum verborū: non attingit terminum ad quem. relinquit igitur tertius modus q̄ actio illa sit subsistēs: vel oportet dicere q̄ talis actio est impossibilis. **¶** Dices q̄ actio illa est in substantia panis que definit esse. substantia enī panis est in aliquo ~~ultimo~~ in toto tempore p̄cedente cōuersionem: et actio est in pane pro instanti defitionis ad quod imediate sequitur totū tempus in quo panis habet non esse. **¶** Contra istā resolutionē arguitur sic. supposito q̄ panis non definit esse per motū sed in instanti complete prolationis verborum in quo primo ē actio diuina respectu termini ad quem tūc sic. aut actio illoꝝ verborū est in eodē instanti in quo est actio diuina et tunc cum actio illa per te sit subiectiue in pane: habeo q̄ in eodem instanti erit ibi substantia panis et esse corporis christi. aut actio diuina et actio verborum est in alio et alio instanti: et tunc vel inter illa duo instantia est tempus mediū: et tūc cadit medium inter esse panis et esse corporis christi ita q̄ est tempus in quo nec ē ibi panis nec corpus christi. vel inter illa duo instantia non cadit tempus medium: et sic erunt duo instantia immedata. igitur oportet dicere q̄ actio illorum verborum sit in instanti in quo est actio diuina circa

corpus christi: et per consequens quando panis primo non est. et sic nō est subiectiue in pane. igitur vel est subiectiue in termino ad quem. s. i. corpore christi vel est subsistens. vtrūq̄ autem est impossibile. sic igitur patet q̄ in sacramento eucharistie non potest esse aliqua actiuitas respectu cuiuscūq̄ dispositionis in pane nec respectu defitionis panis nec respectu termini ad quem. quia tunc actio creature haberet in termino ad quem multa miracula que sunt possibilis soli diuine virtuti. **¶** 2. principaliter arguit sic. ad saluandum veram efficaciam sacramentorum respectu gratie et sanctificationis quam attribuunt eis sancti: non oportet ponere talem virtutem inherentem per quam attingant ad aliquam dispositionem p̄uiam ad gratiam puta characterem vel ornatum. igitur conclusio falsa. cōsequētia tenet sed assumptum probatur. quia illi de alia opinione ita bene saluant efficaciam et actiuitatem sacramentorum sicut tu. quod probatur duplici ratione. prima est quia quando due dispositiones ita se habent ad aliquam formam sic q̄ vna non est magis dispositio vel necessitas ex natura rei q̄ alia imo neutra est dispositio ex natura rei sed vtrūq̄ est dispositio triūmodo per voluntatem agentis: eque bene saluat causalitatem dispositiuam qui ponit q̄ inducitur triūmodo per secundam dispositionem sicut ille qui ponit q̄ inducitur per primam. probatio istius est. nam per te causalitas sacramentorum non ē nisi dispositiua per hoc q̄ inducunt dispositionem ad gratiam. si igitur hoc quod tu ponis non est magis dispositio ex natura rei q̄ illud quod ponitur ab alijs sed vtrūq̄ est dispositio quia placet principali agenti: sequitur q̄ ita bene agit aliquid inducendo aliam dispositionem quecumq̄ sit illa: sicut agit inducens p̄uiam dispositionem quam tu ponis. sed character vel ornatu q̄ per te ponitur dispositio ad gratiam in anima non ē magis dispositio vel necessitas ex natura rei q̄ sit illa extrinseca operatio naturalis sacramenti puta ablutio vel aliquid huiusmodi imo vtrūq̄ est dispositio quia placet diuine voluntati: et eque bene placet diuine voluntati q̄ sola ablutio sit dispositio sicut ponunt alij sicut character vel ornatu quem tu ponis. ergo non magis tua dispositio saluat efficaciam sacramentorum q̄ illi qui ponunt in sacramentis tantum naturalem operationem exteriorē. maior nota est. minor probatur. s. q̄ character non est magis dispositio ad gratiā ex natura rei q̄ sit naturalis operatio extrinseca sacramentorum. primo quia dato oppo-

fito sequitur q̄ habens summā gratiam: deberet habere summū characterem. probat̄ quia habēs formam aliquam in summo: necessario habet dispositionem que necessitat̄ ad illam formā in summo. verbi gratia habens formā ignis in summo habet dispositionem que ad illā necessitat̄ in summo. sed consequens est falsum quia in christo fuit gratia in summo quia non est ei datus spiritus ad mensuram: et tamen x̄ps non habuit characterem quia character est spiritualis potestas a x̄po determinata. hec autē potestas sp̄ialis nō est in x̄po. ¶ 2°. ad idem quando aliquid est dispositio ex natura rei: ubi cūq̄ est forma ibi est dispositio. si igitur character esset dispositio ad gratiam ex natura rei: tūc esset character in quocūq̄ esset gratia. sed consequens est falsus nam in antiquis patribus puta Abrahā et alijs non est dubium quin fuit gratia: et tamen in eis nullus ponitur ornatus aut character. ¶ 3°. ad idem quia gratia precedit characterem. nulla autem forma precedit suam dispositionem. assumptum patet quia in cathetizato adulto contrito est gratia: et tamen non est character nisi postq̄ est baptizatus. tamen quia cōmuniter tenetur q̄ ex contritione cordis diminuat̄ culpa: ergo tunc datur gratia quia de facto nullus est sine culpa nisi sit in gratia. et tamen character non datur ei ex sola contritione sed post susceptionem sacramenti. ¶ 4°. ad idem. eque immediate anima est susceptiva gratie sicut glorie. sed anima fm̄ solam essentiam suam est susceptiva glorie fm̄ Augustinum. eo enim anima est capax beatitudinis quo est imago trinitatis. ergo similiter fm̄ suam substantiam est capax glorie. ¶ Confirmatur. quia quādiu manet dispositio que ē necessitas ad formam: manet forma. sed non tādū manet gratia q̄diu manet character. patet de malo sacerdote quo cadente in peccatum mortale: manet character non tamē manet gratia. sic igitur apparet q̄ character non est dispositio ad gratiam nisi sola divina voluntate quia placet deo. sed eque bene sola ablutio vel quecūq̄ alia operatio naturalis sacramenti potest esse dispositio. vt puta si placeret deo q̄ cuiūq̄ fuerit talis opatio applicata datur gratia. igitur non magis sacramenta erūt causa dispositiva gratie per hoc q̄ fuerint actiua respectu characteris: q̄ hoc q̄ habēt proprias operationes naturales. ¶ Secūda ratio p̄ principali assumpto est talis. ille modus qui saluat efficaciam sacramentorum cum pluribus pactis et pluribus inconuenientibus: non saluat eque bene efficaciam sacramentorum sicut ille modus qui sal-

uat cum paucioribus pactis et nullis inconuenientibus. sed ponentes sacramenta agere tales characteres et ornatus p̄uios ad gratiam per virtutes infusas: ponunt plura et superflua pacta. quod probatur. nam ad minus oportet q̄ ponāt quattuor pacta. primum est de infusione virtutis puta q̄ deus accedente verbo ad elementum pepigerit infundere huiusmodi virtutem. secundum pactum est in electione. nam si sacerdos habeat tres hostias coram se et proferat verba sacramentalia dirigendo actionem suam ad vnā illarum: illa sola conuertitur in corpus christi. ergo oportet q̄ hic sit nouum pactum vt deus pepigerit q̄ virtus quam infundit verbis non agatur nisi in illud ad quod dirigitur intentio proferentis. tertium pactum est in expectatione. nam in sacramento baptismi quod integritur ex ablutione et verbo: non oportet q̄ idem instans sit finis ablutionis et prolationis verborum. igitur si prius finiatur q̄ ablutio: oportet q̄ deus pepigerit quod expectabit quousq̄ sit facta ablutio et finita. vel si prius sacerdos ablueret puerum q̄ verba finiatur si finita ablutione puer habet characterem: igitur nihil faciunt vltorius verba illa. si vero nondum habet characterem et gr̄am x̄pi igitur deus expectat ita q̄ pepigerit q̄ nō dabit gratiam quousq̄ verba finiatur. quartum pactum est quia deus pepigerit q̄ habenti characterem dabit gratiam: quod pactum aliud est a predictis. iste modus similiter ponit multa inconuenientia que superius sunt adducta. ¶ Confirmatur. qz aut illa verba causant characterem ad prolationem vltime syllabe: aut per omnes simul. non secundum quia impossibile est q̄ omnes syllabe simul proferantur. nihil autem causat quando nō est. nec primum potest dari quia tunc prime fuerunt superflue nec fuerunt digne. et si non per primam: eadem ratione nec per vltimam. q̄ si dicas q̄ per vltimam in virtute precedentium: iam venis ad aliud pactum quia oportet te dicere q̄ sic est quia deus sic statuit. cur igitur deus non posset sic statuere q̄ cui fuerit applicata exterior ablutio immediate conferat ei gratiam. ¶ Confirmatur adhuc. quia non apparet si ponatur talis virtus in verbis: vbi sit subiectiue. non enim in voce aut sono quia est quedam qualitas: qualitas autem non est subiectum qualitatis. nec in aere fracto vel gutture aut toto spacio: quia omnia ista sonant in quandam inconuenientia. non igitur ista sacramenta plus faciunt per virtutem infusam q̄ per solam ablutionē exteriorem. ¶ 3°. p̄ncipaliter arguit probando q̄ distinctio facta de

causa principali z instrumentali non inuet. quia instrumenta non aliter agunt nisi quia recipiunt primū effectū ipsius agentis principalis qui non est aliū q̄ motus localis. nec habent aliquā virtutem impressam a principali agente sed solum motus localē. ponere autē sacramēta illo modo agere est inconueniens. assumptū probatur quia sicut est in alijs motib⁹: sic suo modo in motu locali. sed in alijs motibus puta in motu ad formā agens actiue expellit formam per se z per suum principium intrinsecuz. forma autem inducta ab agente: non expellit illam formam actiue: sed actio agentis terminatur ad inductionem albedinis qua inducta propter impossibilitatem sequitur non esse nigredinis quod quidem ē ab agente effectiue: formaliter vero ab ipsa albedine. ergo sic est in motu locali q̄ per illud quod mouet ad vbi non expellitur aliud corpus actiue sed tñ ppter impossibilitatem subiectiuam qua impossibile est eundem situm numero esse in duab⁹ dimensionibus. actiue autem expellit per mouentes tale mobile. imaginandū est enī q̄ in omni actione artis per instrumentū: prim⁹ effect⁹ agentis est motus localis ordinat⁹ ad vteriozem effectum. iste autē motus localis recipit in instrumento p quem acquirit instrumentū aliquis sit⁹ z ex consequenti excluditur ab eodem situ aliud corpus eodem modo quo acquisita aliqua forma alicui subiecto: ex consequenti fit exclusio effectus formalis alterius forme ab illo subiecto. z sic per hoc in corpore fit aliū et aliū situs z per consequens alia z alia figura. quia alietas figure sequitur ad alietatem situs partium. quia figura non est aliud q̄ terminatio q̄tatis. terminatio vero variatur ad variationem situalem partiu⁹ q̄tatis. et quia partes variant situm actiue ab agente ex quadam autem repugnantia et impossibilitate subiectiua ab instrumento quod primo recipit motum localem ab agente: ideo alia z alia variatio situs partium exigit aliud et aliud instrumentum. cum ergo sacramenta non agant sicut instrumenta artificialia per hoc q̄ recipiunt motum localem et causant ex quadam impossibilitate aliū et aliū situm: nec per modū instrumentorum naturalium: nam talia non sunt aliud q̄ qualitates complexionales facientes cōsimiles qualitates ad quas necessario sequit⁹ forma substantialis: non sic autem potest poni de sacramentis: sequitur q̄ improprie dictum est q̄ agant ad gratiam instrumentaliter. sed si agant: hoc est applicando actiua passiuīs. hec Aureolus in forma. ¶ Contra quartam arguit Durandus

probando q̄ nec in rebus nec in verbis sacramentalibus sit ponēda aliqua virt⁹ spiritualis a deo inflata que causet instrumentaliter dispositionē vel ornatum in anima. q̄ enim inquit in rebus spiritualibus sicut est anima rationalis cum suis potentijs separabilibus possit esse dispositio spiritualis: consonum est rationi. sed q̄ in rebus pure corporalibus quales sunt res sacramentales possit esse virtus seu qualitas spiritualis: non videtur consonum rōni. non enim quodlibet accidens natū est esse in quolibet subiecto: sed determinatū in determinato. actus enī actiuoz sunt in patiente disposito. subiectū autem receptiuuz virtutis spūalis non est res corporalis sicut subz receptiuum accidētis corporalis nō est res spūalis. vnde sicut angelus non pōt esse subm quantitatē corporalis vel coloris: sic res corporales sicut sunt res sacramentales nō sunt susceptiue actiuitatis seu virtutis spūalis. Ad hoc dicit q̄daz q̄ licet res spiritualis vt angelus non posset esse subm quantitatē vel albedinis vel alteri⁹ qualitatis corporalis: denominatur tamē a conditione corporali rōne effectus quē facit in corpore. dicimus enim angelū esse in loco ratione effect⁹ quē facit circa corp⁹ existēs in loco. et similiter vt dicunt q̄uis virtus q̄ est in sacramēto nō sit spūalis p essentiā nec rōne subī: pōt tñ dici spūalis rōne effectus quem facit in anima que est spiritualis sicut etiā herba dicitur sana ratione sanitatis quā facit. sed hoc non valet. quia rōni bene consonat q̄ corpus agat in corpus et spūs in corpus et q̄ denominent ab effectu quē faciūt. sed nō psonat rōni q̄ corpus agat in spūm nec per consequens habet ibi locū denominatio ab effectu. ¶ 2. arguit. quia q̄ ratione esset aliq̄ virt⁹ in verbis: eadem ratione esset in alijs reb⁹ sacralibus z in ministro quia hec omnia sunt de necessitate sacri. s̄ hoc non pōt esse vt pbat. igit et cetera. pbatio minoris. qz si in quolibet predictoz sit aliq̄ virt⁹ tunc multiplicabunt virtutes fm multiplicacionē eoz. hoc autē non videt cōueniēs quia in genere cause efficientis plura non occurrūt imediate ad vnū effectū nisi ppter imperfectionē cuiuslibet eoz. supplent enī omnia vicē vni⁹ pfecti agentis. si ergo sunt plures virtutes fm pluralitatez eoz que concurrunt ad necessitatem sacramēti: sequitur q̄ quelibet sit imperfecta et de se insufficientis ad pducendū effectū sacramenti. et sic deus daret plures virtutes rebus sacralibus qz nō possz esse vnica que totuz produceret quod ē ficticiū. vel si posset esse aliqua vna talis: melius esset q̄ illa daretur sacramētis q̄ q̄ alie imperfecte mul-

triplicarentur. ¶ 3^o. arguitur sic q̄ nec in ipsis ver-
bis videtur esse talis virtus. quia cum oratio sit
quantitas discreta: impossibile est vnam virtutē
numero esse in tota oratione. oportet igit̄ q̄ vel
sint tot virtutes quod sunt syllabe in oratione:
vel q̄ solum in vltima syllaba sit virtus illa. non
potest dici q̄ in qualibet syllaba sit specialis vir-
tus: quia cum sacramenta non habeāt efficaciaz
suam nisi in vltimo instāti quo verba complent̄
ante quod instans precedentes syllabe desierūt
esse et per consequens virtutes existentes in eis
sequitur q̄ ille virtutes nihil faciunt ad effectuz
sacramenti: nec in inducendo ipsum quia tūc nō
sunt. nec in disponendo sicut dicitur d̄ guttis pre-
cedentibus cauatiōe lapidis que disponunt ad
illud quod vltima perficit qz ante characterem
vel ornatum quē sacramenta efficiunt: nulla dis-
positio precedit in anima que fiat per sacramen-
ta. Item nec talis virtus est solum in vltima syl-
laba quia per eandē rationem virtus q̄ est in aq̄
baptismi: esset solum in vltima parte aque q̄ tan-
git corpus baptizati quod satis assimilā fictitiō
¶ 4^o. arguitur sic. nullū instrumentū agit in vir-
tute alterius circa aliquam materiā nisi exercen-
do circa eandem suā propriā actionem. licet enī
deus posset immediate facere lectum: si tamen fiat
mediante dolabra vt instrumento: necesse est q̄
dolabra suam propriā actionē exerceat circa ma-
teriam de qua fit lectus. sed res sacramētales cū
sint corporales suam propriā actionem non pos-
sunt habere circa animā in qua recipitur effectus
sacramenti vt pbat Augustin⁹. 6^o. musice. igitur
impossibile est q̄ res sacramētales agant aliqd̄
in anima nostra in virtute alterius. Sed hoc res-
pondent aliqui q̄ res sacramētales agūt de se cir-
ca totum compositum sicut aqua baptisimi corp⁹
animatū abluit z oleum vngit z per consequens
agūt in quālibet partem. ppter quod vt instru-
mentū dici possunt agere in animā que est pars
totius compositi. sed istud non valet. quia illud
quod agit in totū compositum: non pōt agere in
quālibet partē nisi q̄stuz ad id in quo partes sibi
inuicem cōmunicant in cōposito qz actio z passio
cōmunis requirūt aliquā causam cōmunem. sed
anima vt est susceptiua gratie vel characteris vt
alterius dispositionis causate per sacm: in nullo
cōmunicat cum corpore q̄ ad aliquā condicio-
nem pertinentem ad compositū. igitur res sacra-
mētales q̄ agit in totū cōpositum: non ppter hoc
agit in animā vt est susceptiua gratie vel alteri⁹
spūalis effectus et sic idē quod prius. ¶ 5^o. argu-
it contra illud qd̄ dicitur q̄ omne instrumentum

dū mouetur a principali agente: recipit ab eo ali-
quam virtutem. aduertendū est inquit q̄ instru-
mentuz vocatur aliqd̄ dupliciter. vno modo id
quod non agit nisi motū localiter sicut est instru-
mentū artis vt dolabra vel securis respectu arti-
tificis: et in talib⁹ recipitur proprie nomē instru-
menti: z tale instrumentū nō agit nisi motum et
per virtutem receptā a principali agēte vocādo
virtutē receptam motū locale in eo causatum et
non aliqd̄ aliud: quia per motū locale nulla for-
ma fit in mobili vt dicit̄. 8^o. phy. ipse tamē mot⁹
localis potest dici virt⁹ qz motus localis vni⁹ est
ratio mouendi aliud sicut motus localis baculi ē
causa motus localis lapidis vel aeris. et qz pura
forma artificialis vt ē forma domus vel scāni po-
test acq̄ri per solū motū localez cum nō sit aliud
q̄ ordo vel cōpositio: in talibus instrumentū agit
motū localiter z per virtutē receptaz que est ip-
somet mot⁹ localis. nec est q̄renda alia rōne iam
dicta. virtus autē q̄ est motus localis vel per ta-
lem motū acquisita: nō est sacramentis a deo in-
fluxa. qz omnis motus localis qui est in reb⁹ sa-
cramētalib⁹ fit precise a virtute pure naturali ip-
sius ministri. alio modo capiū instrumentū min⁹
prope pro agēte secūdario siue cōiuncto sicut ca-
lor naturalis dicitur instrumentum anime z om-
nis qualitas actiua naturalis dicitur esse instru-
mentū forme substantialis sine separate sicut a-
gentia naturalia inferiora dicuntur instrumenta
superior agentū a quibus habēt formas suas et
virtutes operādi. instrumentū autem cōiunctū
vt calor anime nō mouetur localiter a principa-
li agente vt de se patet nec recipit ab eo aliqua
virtutem. quia eadē ratione virtus illa reciperet
quandā aliaz ad hoc vt attingeret ad educationē
forme substantialis cū ipsa sit accidens sicut z pri-
ma nec agat vltra suā speciem nisi virtute alteri⁹
et sic esset processus in infinitū in virtutibus re-
ceptis quod est inconueniēs. dicitur igitur istud
instrumentū agere in virtute alterius: quatenus
est ei cōiunctū z actio eius ordinatur sub actio-
ne principalis agentis vt disponens. instrumen-
tum autem separatuz quod est secundariū agēs
recipit a principali agente formā z virtutē ope-
randi: non tamē oportet q̄ quando agit d̄ nouo
q̄ recipiat nouam virtutē sed agit per virtutem
prius receptam fm cursuz nature. et per hoc nō
potest dici q̄ res sacramētales recipiant aliqua
virtutē a deo quādo applicant̄ ad vsum. nō tū est
negādū qui de⁹ possit eis aliquā virtutē influere
illam dūtazat cur⁹ a natura sunt capaces. sed nul-
la necessitas aut p̄gruitas aparet q̄ ita sit d̄ facto

¶ 6°. arguit sic. sacramēta noue legis dicunt esse signa et cause. et quod sint signa non habet calūniam sed de causalitate et modo causalitatis: dubitatur. arguit igitur sic. sicut rebus sacramentalibus cōpetit ratio signi: sic et ratio cause et non plus. sed res sacramētales non sunt signa gratie nisi ex pactione ordinatione seu institutione et non per aliquā virtutē eis inherētem vel in eis existentem.

¶ 7°. sic. sicut omnes circūcisio in veteri lege conferebat grām. sed hoc fuit solum ex quadam pactione diuine ordinationis sicut habet Gene. 17 hoc est pactū meū quod obseruabitis. circūcidetur in vobis omne masculū. et ibidē. masculus cuius caro preputij circūcisa non fuerit: delebitur anima eius de populo suo quia pactū meū irritū fecit. et similiter videt quod in alijs sacramētis non conferatur gratia nisi ex pactione diuina. ¶ Confirmatur per Bedā qui dicit in homelia de circūcisio ne dñi quod idē salutifere curationis auxiliū circūcisio in lege cōtra originalis peccati vuln⁹ agebat quod nūc baptismus agere reuelate gratie tempore cōsueuit. ecce quod etiā similez actionē attribuit circūcisioni et baptismō. si ergo circūcisio nihil agebat nisi ex pacto et vt causa sine qua non: sequitur quod nec baptism⁹ nec alia sacramēta. ¶ 8°. sic. sicut se habet lex vetus ad legē nouā: sic sacramēta noue legis ad sacramēta veteris legis. sed lex vetus sic se habet ad nouā legē quod illud quod p̄m̄itebat in lege veteri: soluitur in noua non p̄ legē sed a deo in lege. igitur similiter est in sacramētis quod gratia in sacramētis veteris legis promissa vel figurata exhibetur in sacramētis noue legis non quidem per ipsa sed a deo in ipsis. et in hoc usque ficienter excellunt sacramēta noue legis sacramēta veteris legis sicut lex noua legem veterē. nec est querenda maior excellentia quia ista sufficit.

¶ 9°. quia ratio in qua videtur potissime fundari contraria opinio est quod. scilicet causa sine qua non si nihil faciat ad effectum inducendo disponendo vel meliorando quā ad rationem causandi: nihil habet supra causas per accidēs. sicut albedo domificatoris non est causa domus nisi per accidēs nec pactio dat aliquid de ratione cause sed solū de ratione signi vt patet in exemplo de denario plumbeo. quod autem est per accidēs omittitur ab arte nec ponitur in diffinitione vt dicit in. 6. metha. vnde videtur quod si sacramēta non essent nisi causa sine qua non: in diffinitione sacramenti non poneretur ista causalitas: nec sancti fuissent ita solliciti ponere istam causalitatem in diffinitione sacramenti. sed hoc non valet quia nullus sanctus posuit in diffinitione sacramenti quod esset

causa gratie: sed solum magister sententiarum qui accepit ab Augustino ex. 2. libro Augustini de doctrina christiana quod sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. et addidit de suo illud quod sequitur. scilicet vt eius imaginem gerat et causa existat. nullus autem potest melius exponere magistrum quā ipse semetipsum. ipse autem exponit seipsum in littera dicens quod homo non querit salutem in sacramentis quasi ab eis: sed per illa a deo. nec videtur valere illud quod aliqui dicunt quod in illis verbis magistri hec prepositio. a. denotat principale agens sed hec prepositio. per. denotat causam instrumentalem. quia talis causa instrumentalis accipienda est de causa sine qua non sicut descriptionem beati Augustini dicentis quod sacramentū est in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus salutem nram secretius operatur. quod autem additur quod illud quod est per accidens dimittitur ab arte nec debet poni in diffinitione vel descriptione: dicendum est quod duplex est accidens. vnum accidens per accidens quod est separabile et nihil penitus facit nec ad operationem rei nec ad eius notificationem sicut est de albedine respectu edificatoris de quo accidente procedit argumentum. aliud est accidens proprium vel ex natura rei sicut risibile est propriū homini. vel ex ordinatione humana sicut denarius plumbeus accipit rationem signi et cause sine qua non respectu elemosine regis. vel ex ordinatione diuina sicut res naturales accipiunt rationem signi et cause sine qua non respectu gratie. et tale accidens multum facit ad notificationem rei. et ideo debet poni in descriptione notificante rem precipue quā ad quid nominis sicut est descriptio sacramenti. ¶ 10. quia auctoritas Augustini vel Bede in qua fundatur contraria opinio non inuat. non quidem Augustini quia non est eius intentio quod in aqua baptismi sit aliqua virtus inherens ei: sed quod ibi est sola virtus diuina assistens sicut ipse dicit in notificatione sacramenti dicens quod sacramentum est in quo sub tegumento rerū sensibilium virtus diuina salutem nostram secretius operatur. vnde verba sua sunt ista. vnde est hec tanta vis aque vt corpus tangat et cor abluat: nisi faciente verbo non quia dicitur sed quia creditur. ecce quod non dicit aliquam virtutem esse in aqua nisi quam facit fides verbi quo baptismus confertur hoc est fides qua credimus patrem et filium et spiritum sanctū in cuius inuocatione confertur baptism⁹ remittere peccata in baptismo. et sic dicitur esse virtus in aqua per verbum quia vere credimus quod virtus patris et filij et spiritus san-

cti inuocata per verbum: sanctificat baptizatum in aqua. nec oportet imponere aliam virtutem inherenter nec vnq̄ hoc intellexit Augustinus. Item auctoritas Bede non iuuat quia est contra tenentes aliam opinionem. dicunt enim quia illa virtus est a deo sicut a principali agente et a passione christi sicut a causa meritoria et ex fide ecclesie sicut ex continuante instrumentum principali agenti. sed caro christi vel eius contactus: neutrum predictorum est. igitur ex contactu cum aquis in suo baptismo nulla vis data est aquis. Item si ex tactu carnis christi esset data aliqua vis aquis: esset data tunc et illis aquis quas caro christi tetigit. et tunc ille aque habuissent in se talem virtutem: quod iterum est contra eos quia dicunt quia illa virtus non est in sacramento nisi quando applicatur per usum ad illum qui recipit sacramentum. et ideo dicendum est quod Beda non intelligit quod aliqua virtus inhereret aquis ex contactu carnis christi cum ipse expresse dicat quod idem agebat circumcisio quod nunc agit baptismus: et tamen nullus tenet quod circumcisio haberet aliquam virtutem inherenter. sed intelligit quod baptismus christi in quo caro christi aquam tetigit: fuit signum et representatio quod per christum effectiue in quibus deus et merito in quibus homo: baptismus per ipsum institutus esset sacramentum regenerationis spiritualis que fit per aquam sub prescripta forma verborum tanquam per sacramentum et per solum deum tanquam per causam immediate efficientem quicquid ad spiritalem regenerationem pertinet. Et istud satis insinuatur Joan. 3. ubi christus loquens de baptismo dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest intrare regnum dei. ubi postquam fecit mentionem de aqua baptismi nomine aque: postea totam eius efficaciam attribuit spiritui sancto et nullam aque dicens. quod natum est ex carne caro est: et quod natum est ex spiritu sancto est. hec Durandus in forma. Contra eandem conclusionem arguit Scotus probando quod nulla virtus supernaturalis sit in sacramento. Primo sic. quia si illa virtus supernaturalis est in sacramento aut est ibi indiuisibiliter aut diuisibiliter id est tota in toto et in qualibet parte: aut tota in toto et pars in parte. non primo modo quia inter omnes formas perficientes materiam corporalem sola intellectiva ponitur talis. nec secundo modo quia tunc extenderetur per accidens in subiecto quod est contra rationem virtutis spiritualis. ¶ 2. quia in sacramentis requiruntur multa verba. vel ergo in qualibet syllaba esset eadem virtus omnino: vel in alia et alia syllaba esset alia et alia virtus. si primo modo: tunc oportet dicere quod idem accidens migraret et remaneret postquam

subiectum desinit. si secundo modo: sequitur quod sacramentum consistens in tota oratione non haberet aliquam virtutem unam. et si dicas quod habet aliquam virtutem aggregatam ex multis virtutibus partium: hoc non valet. quia non esset dare que istarum esset principium causandi illum effectum spirituales in anima. nec videtur probabile quod sacramentum unum formaliter cum huiusmodi formalis ratio sit ex ratione: habeat totas virtutes supernaturales aggregatas. ¶ 3. quod quia ista virtus supernaturalis causatur in isto sensibili pertinente ad sacramentum. aut enim ante applicationem eius ad actum siue usum: aut in ipsa applicatione. si ante igitur eius creatio est pure miraculosa quod est per actum diuinum et non per aliquam actionem perpetuam cum ecclesia. nam non sequitur ad aliquid propter quod possit dici quasi consequens naturaliter sine miraculo sicut est de animatione hominis. si vero causetur in applicatione ad usum sequitur inconueniens. nullum enim instrumentum ideo est formaliter aptum ad usum: quia aliquis videtur eo ut instrumento. patet inductione et ratione. nam idoneitas instrumenti precedit naturaliter usum instrumenti ut instrumentum est. igitur non quia immergo puerum siue vtor aliquo sensibili ad actum sacramenti: ideo recipit illam virtutem spirituales. non est ergo dare quando recipiat. ¶ 4. quia hic ponitur pluralitas sine necessitate. non enim patet necessitas talis virtutis que fingitur in sacramento. neque secundum rationem naturalem manifestum est neque secundum fidem. quia sicut sequendo rationem naturalem non sunt ponenda plura nisi que ratio naturalis concludit: ita sequendo fidem non sunt plura ponenda quam veritas fidei requirat. veritas autem fidei non requirit ponere talem virtutem supernaturalem in aqua vel in verbis: nec aliqua ratio cogit ad huiusmodi pluralitatem. presertim quia si poneretur talis virtus: ipsa non crearetur regulariter nisi ex actione diuina cum ecclesia. et ita sine totis superfluis in aqua et anima intermedijs: potest saluari quod actio diuina sit immediata causa respectu effectus conferendi recipienti sacramenta. ¶ 5. quia exempla que adducuntur de virtute recepta in instrumento non concludunt. non quidem illud exemplum de sensibili sermone nam accipit manifeste falsum. nam sermo audibilis non habet formaliter in se aliquam intentionem anime. quod probatur quia sermo non impositus ad significandum: nullam talem formam habet in se. patet omnino. primo positionem autem non recipit aliquam absolutam formam nec relationem nisi forte rationis.

¶ 5^o. etiam probatur aliter. qz eodem existente agente principali et instrumento sufficienti: seqtur eadem actio. sed si latinus proferat verba latina greco: idem est agens principale et instrumentum: quod esset si loqueretur alicui latino. et tamen effectus non sequitur. quia nullus conceptus causatur in greco audiente. igitur sermo non erat instrumentum ex se sufficiens ad causandum anime conceptum in audiente. fallit ergo exemplum pro tanto quia sermo audibilis est signum remotum respectu conceptus ita qd facta in mutatione sensus ab ipso sermone et ulterius intellectus in quantum talis natura est: intellectus cognoscens ipsum esse impositum ad significandum talem naturam ex collatione eius ad illud aliud: intelligit illud aliud. non ita qd sermo per aliquam formam causet conceptum de aliqua re: sed eius conceptus est prius ad conceptum de re que causatur per propriam spem rei vel fantasma in anima. quod patet. quia quantumcumque sermo proferretur si audiens non haberet in se spem rei prolate: non causaretur in eo conceptus de illa re. unde per voces non intelligimus res nisi quarum species habemus. sed qd ea actualiter consideremus: hoc est propter collationem signi ad signatum. Item exemplum de instrumento artificis non concludit. valde enim impossibile videtur qd aliqua forma spiritualis totiens causaretur in serra quotiens moueretur ab artifice: et totiens desinat esse quotiens desinit actu moueri. Item exemplum de motu non cogit. quia quocumque modo substantie causentur a celo: motus localis celi non potest esse formale principium producendi eas. igitur etc. ¶ 6^o. quia instrumenta artificialia non sunt formaliter actiua sed tantum receptiua vnius effectus prioris ordinati ad effectum vltimum. serra enim non habet in se nisi quantitatem figuram et motum localem de quibus omnibus patet qd non sunt forme actiue. et probatur. quia aliter mathematicus considerans quantitatem et figuram: non abstraheret a motu. Si autem ponatur qd durities sit qualitas actiua: hoc non valet. quia si deus de potentia sua absoluta aliquod quantum molle conseruaret et in eadem quantitate et figura mouendo ipsum localiter: eque diuideret aliquod corpus sicut modo instrumentum durum illud diuidit. ergo durities que est qualitas non est formale principium agendi. apparet tamen esse pro eo qd est quedam impossibilitas resistens corrupti. manente autem quantitate corporis et figura non mutato alio nec corrupto si localiter mouetur: oportet qd expellat aliud proportiona-

tum quantitati sue et figure. quod non oportet si eius quantitas non maneret sed cederet. probatur etiam propositum. quia vbi cumque est formalis incompossibilitas inter aliqua: vnum eorum non expellit aliud actiue sed tantummodo formaliter. agens autem quod inducit vnum effectiue: expellit aliud effectiue. corpora autem videntur habere incompossibilitatem respectu eiusdem vbi: sicut qualitates contrarie respectu eiusdem subiecti. sicut igitur aliud agens effectiue inducit calorem: ita frigus expellit. non autem effectiue calor expellit frigus: sed tantummodo formaliter. ita in proposito de expulsionem vnius corporis ab vbi per aliud corpus. diuisio autem ligni per ferram vel securim non est nisi quedam expulsio partium ab vbi ad quod mouetur securis ab ipso artifice cedendo. tenendo ergo qd instrumenta artificialia non sunt formaliter actiua sed tantum receptiua cuiusdam prioris effectus ordinati ad effectum vltimum: apparet quomodo sacramentum potest dici instrumentum licet non habeat proprie virtutem actiuam respectu termini: sed sic qd sit effectus prior ordinatus ad gratiam. Et si dicat qd non est simile quia sacramentum non suscipit illum effectum priorem sicut securis recipit motionem: hoc non obstat. quia sicut totum quod recipit effectum priorem potest dici instrumentum: ita et quodammodo effectus ipse receptus potest dici instrumentum. vere enim potest dici qd per motum ferre lignum diuiditur. sacramentum autem siue susceptio sacramenti: est effectus ille prior in proposito. igitur etc. ¶ 7^o. arguit Aureolus. quia in sacramento matrimonij nulla est talis virtus possibilis poni: igitur nec in alijs. assumptum patet. quia ro enim vbi est illa virtus infusa in sacramento isto subiectiue. quia aut in coniunctione mutua: aut in verbis vel signis. et patet qd in nullo istorum. quia sola copula carnalis cum verbis de futuro quandoque causat matrimonium. Item posito qd talis virtus sit in aliquo predictorum: quero quid causabit. aut enim causat primam rem sacramenti. scilicet obligationem: et hoc non potest dici cum illa sit relatio rationis: et respectu talium non oportet ponere virtutem actiuam. nec etiam causat secundam rem sacramenti. scilicet gratiam. igitur nihil. hec ille.



Quantum ad ar
 ticulum tertium primo notandum est qd diffinitio seu descriptio sacramenti quaz magister assignat dicens qd sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma cuius similitudinem

vel imaginem gerit et causa existit: est propria sacramentorum noue legis. nam saltem vltima particula sacramentis veteris legis non congruit quae causa gratiae non erant ex opere operato. dicitur autem definitio propria sacramentis noue legis: secundum quod proprium dicitur quod inest omni et soli et semper sunt entia quae in praedicta definitione tanguntur. primum est quod sacramentum noue legis est aliquid sensibile exteriori homini appositum. et hoc designat cum dicitur visibilis forma. et ponit visibile pro sensibili eo quod visus nobilior sit omnium sensuum exteriorum et plures differentias nobis ostendit. put dicitur in primo metaphysice. Secundum est quod significet effectum gratiae sanctificationis secundum differentias sacramentorum. non enim est idem omnino effectus proprius cuiuslibet sacramentorum. ipsa autem significatio est parti et inchoatiue ex naturali similitudine: parti vero et completiue ex diuina institutione. non enim ad completam significationem sacramenti sufficit naturalis similitudo rerum sensibilium quae sunt sacramenta: sed exigitur quod similitudo et representatio ex diuina institutione determinetur. praesertim quod effectus sacramentorum qui significant et representant: sunt effectus supernaturales. sicut gratia exempli in baptismo aqua sensibilis ex naturali proprietate habet vim mundificationis et refrigerationis: habet nitorem quendam et diaphaneitatem quibus pluribus assimilatur. oportuit ergo quod eius multiplex assimilatio vel representatio determinaretur ex diuina institutione ad certum et determinatum effectum sacramenti. huiusmodi autem similitudo non attendit secundum participationem eiusdem qualitatis vel forme. nam talis similitudo locum non habet corporalium rerum ad spirituales nec e contra. sed attendit similitudo secundum quandam proportionalitatem. ut in baptismo attendit similitudo quia sicut se habet aqua ad delendas maculas corporales: ita gratia se habet ad delendas maculas spirituales. Tertium est quod sensibile appositum homini exteriorius: sit aliquo modo causa sanctificationis interioris per quam suscipiens sacramentum sanctificatur. unde sacramentum a sanctificatione actiue dicitur. Trias praedictae conueniunt omnibus et singulis sacramentis noue legis: non tamen omnibus eodem modo ut videbitur circa singula sacramenta.

Secundo Notandum est. put accipitur ex dictis. S. Tho. infra distin. 14. q. 1. ar. 1. sub. ar. 1. ad primum. Et 3. q. 84. ar. 1. ad primum et 2. quod cum dicitur quod sacramentum noue legis consistit in rebus et verbis: nomine rerum intelliguntur large loquendo etiam ipsi actus sensibiles exteriores. unde est aduertendum quod quia sacramenta dicuntur me-

dicine quedam: sicut in corporalibus medicinis quedam sunt quae consistunt in sola passione vel receptione curandi ut sectio vulneris aut appositio emplastri: quedam vero sunt quae consistunt in actibus infirmi curandi sicut exercitationes et similia: ita etiam in sacramentis quedam sunt quae non requirunt actus eius qui sanctificatur vel recipit sacramentum quod ad substantiam sacramenti nisi per accidens sicut remouens. prohibens: sed consistunt in ipsius passione aut receptione quae admodum baptismus confirmatio eucharistia extrema unctio. quedam autem sunt quae requirunt essentialiter et per se actus eius qui sacramentum suscipit sicut est penitentia et matrimonium. in illis ergo sacramentis quae sine actibus nostris complentur quod ad eorum substantiam: est materia quae causat et significat quasi medicina exteriori appositae. in illis vero sacramentis quae continentur ad sui substantiam actus nostros requirunt: non est talis materia sed ipsi actus nostri exteriori apparentes ipsam faciunt quod materia facit in alijs sacramentis vbi et sunt in huiusmodi sacramentis loco materiae. cuius ergo dicitur in hac distinctione ex definitione hugonis de sancto victore quod sacramentum est corporale vel materiale elementum extrinsecus oculis suppositum: materiale seu corporale elementum accipitur communiter pro omni sensibili siue sit materia aliqua corporalis permanens siue sit actus sensibilis successiuus. Ex quibus inferimus quod res et materia sacramentorum non dicitur proprie in uoce in omnibus. unde et in quibusdam sacramentis materia est sanctificata ut in confirmatione et extrema unctione: in alijs vero non.

Tertio Notandum est pro veritate conclusionis tertie quod ut. S. Tho. deducit. 2. q. 112. ar. 2. in corpore. accipiendo gratiam pro habituali dono dei gratiam faciente: ad gratiae receptionem praerogatur aliqua hominis preparatio quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita. huiusmodi autem preparatio esse debet secundum congruentiam ad gratiam suscipiendam. unde alia preparatio requiritur ad gratiam suscipiendam in adultis. scilicet motus liberi arbitrii eo quod in eis gratia datur ad opera meritoria. per tunc explenda. et alia preparatio requiritur in infantibus qui usum liberi arbitrii non habent. quod ergo gratia que datur in sacramentis noue legis licet sit vna secundum essentiam est tamen multiplex virtute secundum quod ad multiplices effectus in pluribus et diuersis sacramentis ordinatur: consequens est quod multiplex et diuersa preparatio hominis exigatur ad suscipiendam multiplicem gratiam sacramentalem. ordinantur siquidem sacramenta

ad quosdam speciales effectus necessarios in vi
ta christiana. sicut baptisimus ordinatur ad spūa
lem regenerationem qua homo fit membrū xpī.
et eadem ratio est de singulis sacramētis. put su
is locis videri habet. Sed sciendum est. put acci
pitur ex dictis. S. Tho. in hac disti. lec. p^a. ar. 4.
sub. ar. 5. Et. 3^a. p. q. 62. ar. 2. Et de veri. q. 27
ar. 5. ad. 12^m. q. sicut a gratia que est subiective i
essentia anime fluunt quedam perfectiones ad
anime potentias que dicuntur virtutes et dona q^u
bus potentie perficiuntur in ordine ad suos a
ctus: ita in suscipientibus sacramenta a gratia ip
sa supra virtutes et dona fluunt quedā gratie p
fectiones ordinate ad speciales effectus sacra
mentorum q^u gratie sacramētales appellatur eo
modo loquēdi quo effectus denominatur a cau
sa. Unde non est repugnātia in dictis. S. Tho.
cum dicit in primo opere in hac. s. disti. loco pro
xime allegato q^u g^ra quā sacramētum directe cō
tinet: differt a g^ra que est in virtutibus et donis
quibus etiā illam g^ram per quādā continuationem
contineat. et cū in secundo ope dicit. s. 3^a. p. loco
proxime allegato ad. 3^m. q^u ratio gratie sacramē
talis se habet ad g^ram cōmuniter dictā sicut ra
tio speciei ad genus que realiter ab eo nō difert
quēadmodum ratio hominis et ratio animalis in
homine sed vna se habet ex additione ad aliam
quā tamē includit. nā in primo ope vocat g^ram
sacramētalem ipsum gratie effectum qui ab essen
tia gratie gratū facientis effluit. in secundo vero
ope vocat gratiā sacramētalem ipsam g^ram gra
tū facientem fm q^u ab ea effluit non solum virtu
tes et dona: sed etiā perfectiones quedā sacramē
tales in suscipiētibz sacra. ¶ Ex premissis inferi
mus q^u ad g^ram suscipiendā in singulis sacramē
tis: specialis exigitur preparatio in suscipiēte ad
quam causandam virtus sacramēti cuiuslibz im
mediate attingit quibus instrumentāliter. hec autē
preparatio specialis est in quolibet sacramento
sed nō habet speciale nomē in singulis sacramen
tis sed cōmuni nomē vocat aliquādo a Sancto
Doctore ornat⁹ vt in hac disti. q. p^a. ar. 4. sub. ar.
p^o in cor. vnde huiusmodi preparatio non est
ad receptionē gratie in q^u est gratū faciens abso
lute sicut ordinat⁹ ad act⁹ meritorios vite eter
ne: sed specialiter et directe. put ordinatur ad cau
sandū effect⁹ quosdā sacrales. vt sic forma reci
piat⁹ in subiecto ad ipsam specialiter disposito. et
quibus nōnūq^u ante susceptionē sacramēti suscipi
ens hēt g^ram gratū facientē vt patet in eo q^u ve
re cōtrit⁹ accedit ad cōfessionē et vere p^rit⁹ et cō
fessus ad sacra eucharistie suscipiēdū nihilomin⁹

i suscipiēte sacra causat⁹ et ope opato sacra q^u daz
p^rparatio vel ornatus ad recipiendā gratiā nō
absolute cum eam habeat: sed in q^u ordinatur
ad effectus quosdā sacramentales ad quos pri⁹
non inerat nisi in potentia remota. gratia enim
preexistens in accedente ad sacramentum: acci
pit in ipso sacramento virtute diuina vim et or
dinem determinatū ad specialem effectum sacra
menti. dico autem in accedente ad sacramentū:
vel actu vel voto quando articulus necessitatis
non contemptus sacramentū excludit. vnde et
sanctificati in vtero: baptizandi sunt quibus habeat
gratiam quatenus consequantur quosdam spe
ciales effectus gratie baptismalis sicut caracte
rem et xpō incorporari et huiusmodi. ita q^u ante
baptisimum habent gratiam gratum facientem
sed nō gratiā baptismalē in q^u addit ad illam.

¶ Quarto Notandum est q^u negan
tes virtutem esse in sacra
mentis causatiuam characteris et ornatus ipsa
attingēdo: fundantur in tribus p^rpositionibz.
¶ Prima est q^u illud quod fit per creationem: at tin
gi non potest q^u ad suum fieri ab agente crea
to: eo q^u creatio solius dei sit actio. Secunda p^rpo
sitiō est q^u omne quod fit aut producit⁹ supra
naturaliter: sit aut producit⁹ per creationem. et ra
tio dicit⁹ est. quia supernaturaliter produci est p
duci virtute excedēte toti⁹ nature virtutes. huius
modi aut⁹ virt⁹ ē diuina p^rse. q^u aut⁹ a solo deo
fit: creari p^rsuevit dici. Tertia p^rpositiō est q^u omne
q^u fit et nō educit⁹ de potētia naturali materie vel
subiecti: sit p^r creationē q^u. s. a solo deo. Ex singul
harū p^rpositiōnū isti p^rcedūt p^rpositiōnū cōclude
re. ex p^rma: q^u character et ornat⁹ q^u ponitur dis
positiō ad g^ram sacrales: fit p^r creationē quēadmo
dū et g^ra ad quā disponūt. ex scōda vero p^rpositiō
ne: q^u character et ornat⁹ sacrales sunt forme su
pernaturales. tum q^u excedūt omnē virtutē natu
ralē agētis creati. tum etiā q^u sunt dispositiones
immediate necessitates ad formā supernaturalē q^u
est gratia sacramētales fm eos q^u character et or
natū ponūt. ex tertia aut⁹ p^rpositiōne: q^u chara
cter et ornat⁹ sacrales nō sunt forme educibiles de
potētia naturali materie vel subiecti cū ad huiusce
modi formas p^rducēdas nō se extēdat virtus na
turalis agentis creati sicut nec ad g^ram ad quā
immediate et adequate disponūt. ista sunt illorū
motiua quibus si respōdeamus eorū opinio ma
nebit infirma et n^ra firmata. Ad quod sciendū ē fm
ea que magister Iherueus scripsit in hac disti. p^rmo
q^u creare est idem q^u nullo p^rsupposito aliquid p
ducere. hoc autem dupliciter potest accipi. vno

modo ex parte pducantis: alio modo ex pte pducti. ex parte qdē pducantis nihil presupponere: est q̄ producens agat nullū aliud agens p̄supponendo in cuius virtute agat. et sic soli deo cōuenit in agendo nihil presupponere. nam omnia alia agentia presupponunt virtutem dei tanq̄ p̄mi agentis in cuius virtute agunt. et per consequēs solius dei est hoc modo creare. ex parte vero facti vel producti nihil presupponere: est q̄ pductum vel factum nullum subiectum presupponat. sed hoc contingit dupliciter. vel q̄ nullū subiectum presupponat ex quo fiat: vel q̄ nullū subiectum p̄supponat in quo fiat. primo modo nullum subm presupponere: non est idem quod creati. nam omnes forme substantiales et accidentales nullum subm ex quo fiant presupponunt: cuius tamen non omnes creati dicantur. secundo modo nullū subm presupponere ex parte facti: p̄t accipi dupliciter. vno modo ita q̄ repugnet rei facte vel pducte q̄ in subo fiat quēadmodū repugnat angelo et tori per se subsistētī. alio modo q̄ licet non repugnet in subo fieri vel produci: nō tamē suum esse dependet a subo ita q̄ sine illo esse nō possit quēadmodū est d̄ aīa rationali. et his duobus modis nullum subm presupponere: est p̄prie creati. fm̄ hec igitur tripliciter aliqd̄ dicitur p̄prie creati. vno modo ex parte agentis q̄. s. fit ab agente quod nullū aliud agēs presupponit nec aliter fieri p̄t. secundo modo ex parte facti q̄. s. nullum subm presupponit vel in quo fiat vel a quo necessario in suo esse dependeat. tertio modo ex parte vtriusq̄. s. facientis et facti modo exposito.

¶ Ex quibus inferimus q̄ si aliqd̄ sit ad cuius productionē concurrat vel principaliter vel instrumentaliter aliquod agēs quod aliud presupponit in cuius virtute agit: et necessario p̄supponit subm in quo fiat et a quo suū esse dependet: tale nō p̄prie dicitur creati. vnde quia ad pductionē characteris et ornat⁹ sacramentalis cōcurrat agēs creatū instrumentaliter. s. minister et ipm̄ sacramētum qd̄ p̄supponit aliud primū agēs. s. deū in cui⁹ virtute agit et character et ornat⁹ p̄supponūt necessario subm in quo fiat et a quo eorū esse dependet. s. aīam rationalem: cōsequēs est q̄ non p̄prie dicantur creati. ac per hoc q̄ deductio ex prima p̄positione in qua fundat̄ illozum opinio: inualida et nulla sit. q̄ aut̄ sacramētū instrumentaliter concurrat ad causādū characterē et ornatū sacramentalē. p̄bari nō p̄t demonstratiue eo q̄ sacramēta et eorū virtus ac efficacia sint de p̄tinetibus ad fidem q̄ a nobis p̄prie sciri nō possunt: verū tamē poterit p̄bari q̄ sacramētis id nō repugnet. cui si

adiungatur auctoritas sanctorū dicentū q̄ sacramēta noue legis efficiunt quod figurāt: satis probabiliter cōcludi poterit q̄ sacramēta noue legis habēt aliquē modū causalitatis circa characterē et ornatū sacramentalē. q̄ aut̄ sacramētis non repugnet cōcurrere instrumentalit̄ ad causādū in aīa suscipiētis sacm̄ characterē aut ornatū sacramentalē p̄ba sic. qm̄ si repugnaret hoc esset vel quia cor̄pori repugnet agere in sp̄m: vel q̄ repugnat agenti creato esse causam effectus supernaturalis: aut q̄ repugnat agētī creato causare dispositionē ad formā que nō fit nisi p̄ creationem. sed nullū istoz̄ repugnat. non p̄mū tū q̄ cōmuniter ponitur q̄ ignis inferni qui est agēs cor̄porēū agit in aīas et sp̄s damnatoz̄ saltē detinēdo et alligando tanq̄ instrumentū diuine iusticie. tum etiā quia fm̄ cōmunē doctrinam philosophoz̄ et theologoz̄ cor̄poralia sensibilia mutant virtutes anime sp̄uales et in eas aliquā habēt actionem. neq̄ repugnat secundum. qm̄ opus meritorium vite eterne: effect⁹ supernaturalis est nobis. ad cuius causalitatē tamen vt ab omnib⁹ cōceditur cōcurrit ens creatū. s. liberū arbitriū: imo et suo modo cor̄poralia hominis mēbra fm̄ illud apostolī. 1 Ro. 6. sicut enim exhibuistis membra vestra seruire inuidicie et iniquitati: ita nūc exhibite membra vestra seruire iusticie in sanctificationē. neq̄ tertium repugnat. nā anima rationalis forma ē per creationē pducta: et tamē virtus creata naturalis ad illā corpus disponit. similiter et gratia et gloria forme sunt per creationem a deo producte: et tamen ad illas ens creatum disponit. s. op⁹ virtutis et liberum arbitrium. Neq̄ deductio ex secunda p̄positione probat illozum p̄positum. quoniam illa secunda p̄positio nō est vniuersaliter vera. non enim habet veritatem quando effect⁹ supernaturalis presupponit necessario subm in quo fiat et a quo suū esse dependeat. et iterum ad illū causandum concurrat vel concurrere p̄t agens creatum quod aliud presupponit vt in p̄posito n̄o sicut deductus est supra. et ad probationem dicte p̄positionis: dicim⁹ q̄ assūptus nō est verum nisi effect⁹ supernaturalis sit q̄ pducatur nullo p̄supposito vel cōcurrēte ex pte agētis: aut nullo p̄supposito subiecto ex parte facti quod non est in p̄posito. Neq̄ valet deductio illozum ex tertia p̄positione. qm̄ tertia p̄positio vera non est sicut nec secunda: nisi simul cum eo q̄ aliquid non educitur de potentia subiecti vel materie naturali: fiat non p̄supposito vel concurrente aliquo ex parte agentis vel subiecto p̄supposito ex parte facti.

Quinto Notandū est q̄ licet cōmune sit omnib⁹ sacramētis noue legis q̄ efficiāt quod significāt: nō tamē huiusmodi efficientia se habet eodē modo circa omne id quod sacramētū significat. ad quod sciēdū est q̄ in sacramētis aliquid est sacramētū tm̄. aliquid est res et sacramētū. aliquid vero est res tm̄. sacramētū tm̄ sunt verba et res sensibiles q̄ bus verba applicant̄ in vni⁹ sacramēti cōstitutionē. nam vt ait Augustin⁹ accedit verbum ad elemētū z fit sacramētū. res z sacramētū in quibusdam dicit̄ esse character. in quibusdā vero dī ornatus quidā vel dispositio spūalis. in sacramēto vero eucharistie est corpus xp̄i verū. et dicuntur ista res z sacramētū: qz z aliquid significant quod ē effect⁹ sacramenti z respectu ei⁹ quod est sacramētū tm̄: sunt res signate. vñ circa id quod est res z sacramētū: sacramētū exterius ac sensibile talē habet efficiaciā: q̄ illud attingit instrumentaliter. circa illud vero quod ē res tm̄: sacramētū habet efficiaciā nō illud attingēdo sed ad illud disponēdo. ita q̄ ad characterē z ornātū: virt⁹ sacramēti se habet effectiue illa attingēdo. ad gratiam vero q̄ in sacramētis dat̄: se habet dispositiue. quē ad modum qualitates actiue z passiue elementoz p̄tingūt instrumentaliter ad formas educibiles de potētia materie: nō autē ad p̄ductionem anime humane q̄ est ab extrinseco ad quas tamē disponūt. **Aduertēdū tm̄** q̄ in sacramēto eucharistie virtus sacramētalis nō pertingit fm̄ omnē modū etiā ad id qd̄ est res z sacramētū. s. corpus xp̄i verū. vt enī. **S. Tho.** dicit in hac dī. lec. p̄ ar. 4. sub. ar. primo: in trās substantiatione panis vel vini in corp⁹ z sanguinē xp̄i cum sit q̄s quidam motus vel mutatio: duo sunt. s. recessus a termino a quo et accessus ad terminū ad quē. verba ergo sacramentalia p̄tingunt instrumentaliter ad trās substantiationē q̄tm̄ ad recessū a termino a quo. sed q̄tm̄ ad accessum ad terminū in quē: non p̄tingunt instrumentaliter nisi dispositiue sicut in alijs sacramētis accidit. Idē in sentētia dicit̄ infra dī. 8. q. 2. ar. 3. ad. 5^m. Itēqz obstat q̄ trās substantiatio in sacramēto eucharistie ipotat simul z recessum a termino a quo et accessū ad terminū in quē. qz nihilomin⁹ in ea accipi p̄nt due mutationes. vna a parte termini a quo. s. de sitio substantie panis sub speciebus: et noua corporis xp̄i existētia sub illis a parte termini ad quem. vt enī. **S. Tho.** deducit d̄ veri. q. 2. 8. ar. p̄ i cor. in abiectioe vni⁹ affirmatiui z adeptioe alterius: oportet duas mutationes intelligi quarum vna sit generatio z alia corruptio vel simpliciter

vel fm̄ quid. vnde in trāsitu qui ē de albedine in nigredinē si consideret ipse mot⁹: idē motus significatur p̄ ablationē vni⁹ z inductionē alterius. non autē significatur eadē mutatio sed diuersa tm̄ se inuicē p̄comitantes. Idē dicit̄ de iustificatione q̄ si iustificatio accipiat̄ vt quidā mot⁹ cui⁹ oportet eundē motū intelligi quo peccat⁹ aufertur z iusticia inducit̄: idē erit iustificatio z peccatorū remissio: differēs solū ratione. put ambo eundē motū nominant fm̄ diuersos respect⁹ ad terminū a quo z ad terminū in quē. Si autē iustificatio accipiat̄ p̄ viā mutationis: sic aliā mutationē significat iustificatio. s. generationē iusticie: z aliam peccatorū remissio. s. corruptionē culpe. et sic iustificatio z remissio peccatorū non erūt idē nisi p̄ concomitātiā. hec ille. **Lōsimili modo** in p̄posito n̄fo dicendū est de trās substantiatione in sacramēto eucharistie q̄ per modū mutationis accipi debet cū fiat in instanti q̄. s. alia mutatio formaliter sit ipsa substantie panis desitio: et alia noua corporis xp̄i existētia sub speciebus panis. ita vt virtus sacramētalis attingere possit instrumentaliter primā nō secundā. Et ē quodā modo simile quod **S. Tho.** dicit de passione z morte xp̄i z d̄ ei⁹ resurrectione. ait enim. 3^a. p. q. 56. arti. 2. ad. 4^m in iustificatione animarū duo p̄currūt. s. remissio culpe z nouitas vite p̄ grām. q̄tm̄ ergo ad efficiaciā que est p̄ virtutē diuinā: tam passio xp̄i q̄ resurrectio est causa iustificationis quo ad vtrūqz. sed q̄tm̄ ad exēplaritatē: pp̄ie passio et mors xp̄i est causa remissionis culpe p̄ quā morimur peccato. resurrectio vero xp̄i est causa nouitatis vite. et ideo apostolus dicit. **Ro. 4.** traditus est. s. xp̄s p̄pter delicta n̄ra et resurrexit. p̄pter iustificationem n̄ram. et q̄uis nō sit omnimoda similitudo hic z in n̄fo proposito: sufficit tm̄ q̄ sit simile q̄tm̄ ad hoc q̄ pōt causalitas vni⁹ se extendere ad transitum ab vno in aliud q̄tm̄ ad recessum a termino a quo z q̄ nō sic se extēdat q̄tm̄ ad accessum ad terminum in quem.

Sexto Notandū est q̄ qz omne agens agit sibi simile: ideo effectus agētis id est forma quā agēs inducit in passum: aliquo modo fit in agēte in quibusdā vni⁹ ce in quibusdā vero equinoce vel analogice. effectus autē est in agēte: in q̄tm̄ in ei⁹ virtute actiua cōtinēt. vnde sicut agēs se habet ad virtutē actiuam: ita se habet ad cōtinēdum formā effectus. agens autē principale habet virtutem actiuam sicut formā quandā permanentē et cōpletam in sua specie s̄ esse nature. agēs vero instrumentale in q̄tm̄ huiusmodi nō hēt virtutē agēdi tanq̄ formaz

permanentem et habentem esse completum in natura: sed habet illam participatam et derivatam a principali agente per motum quo ab illo mouetur. et ideo eius virtus est quid incompletum et est in fluxu seu transitu ab vno in aliud quemadmodum et motus. consequens ergo est quod forma effectus aliter sit in agente principali et aliter in agente instrumentali. et potest assignari triplex differentia. prima est quia in agente principali forma effectus est secundum completam rationem vel specificam si sit agens vniuocum vel saltem analogicam si sit agens non vniuocum. in agente autem instrumentali forma effectus non est secundum completam rationem sed secundum quandam incompletam similitudinem. secunda differentia est. quia forma effectus est in principali agente secundum esse perfectum in natura. in agente vero instrumentali est per modum intentionis et non secundum esse completum in natura quemadmodum sunt species colorum in aere. et inde est quod talis forma effectus non denominat realiter agens instrumentale sicut nec aer deferens species colorum denominatur rubeus aut niger secundum aliquam illarum. tertia differentia est. quia in agente principali forma effectus est secundum esse permanentis et fixum siue sit in eo vniuoce siue equiuoce vel analogice. in agente vero instrumentali forma effectus est per modum intentionis non permanentis sed fluentis duplici fluxu. vnus est de potentia in actum eo modo quo forma que est terminus motus est in mobili dum mouetur vt fluens de potentia in actum. alius fluxus est ab agente in patientem per medium instrumenti. ¶ Ex quibus inferimus duo. primum est quod licet virtus principalis agentis deriuetur ad instrumentum per motum quo ab agente principali mouetur: non tamen talis motus est ipsa virtus instrumenti a principali agente participata per quam attingit ad effectum naturam suam excedentem. nam cum talis motus sit motus localis qui conaturalis et communis est omnibus corporibus: non posset instrumentum corporale per solum motum quo a principali mouetur pertinere ad effectum superexcedentem ipsius naturam. quia quod solo motu locali acquiritur: naturalem corporis virtutem non excedit. instrumentum autem seu agens instrumentale per actionem quam habet. put est motum a principali agente: semper attingit ad aliquid ultra id quod competit sibi secundum suam naturam siue illud sit vltima forma siue dispositio ad illam: alias non ageret vt instrumentum. calor siquidem ignis in quantum est instrumentum anime vegetabilis et virtutis nutritiue: generat carnem super naturalem sui virtutem. et dolabra in quantum est instrumentum ab artifice motum: pertingit instrumen-

 dicit Beda in home-
 lia circuncisionis. idē
 salutifere curationis

auxilium circuncisio in lege contra originalis pec-
 cati vulnus agebat: quod baptismus agere reue-
 late gratie tempore consueuit. sed baptism⁹ nūc
 cōfert gratiam. ergo et circuncisio gratiam con-
 ferebat. et pari ratione alia sacramenta legalia.
 quia sicut baptismus est ianua sacramentorū no-
 ue legis: ita circuncisio erat ianua sacramentorū
 veteris legis. propter quod apostolus dicit Ba-
 la. 5. testifico omni circuncidenti se q̄m debitor
 est vniuerse legis faciēde. ¶ In oppositum argu-
 itur quia dicit Bala. 4. conuertimini iterum ad
 infirma elementa z egena. Blosa. i. ad lege⁹ que
 dicitur infirma quia non perfecte iustificat. ergo
 sacramenta veteris legis non conferebant gra-
 tiam. ¶ In hac questione erunt quattuor articu-
 li vt sup̄ra.



Qantum ad p^mum articulum sit prima conclusio q^d sacramenta veteris legis gratiam non confererent ex aliqua virtute in eis existente: quoadmodum sacramenta noue legis illam conferunt. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac dis. lec. p^a. arti. 5. Et. 3^a. p. q. 62. arti. 6. ¶ Secunda conclusio est q^d in sacramento veteri circumcisionis non confereretur gratia ex opere operato. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac dis. lec. 2^a. arti. 4. sub. arti. 3. Et. 3^a. p. q. 70. arti. 4.



Qantum ad articulum secundum arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Aureolus probando q^d differentia inter sacramenta veteris et noue legis inconuenienter assignetur per hoc q^d sacramenta noue legis causant gratiam per virtutem eis inherenter alia vero non. ¶ Primo sic. nobilitas instrumenti et cuiuslibet ordinati in finem sumitur ex ratione utilitatis: quoniam quanto instrumentum est utilius tanto est nobilius. sed tunc utilitatis esset circumcisio sicut est baptismus si per utrumque daretur gratia in eodem quantum ad modum deus gratia per virtutem inherenter et per aliud ex solo pacto diuino: siue per unum detur principaliter et per aliud ex consequenti. quantum ad modum enim fiat variatio de modo dum tamen utrobique datur eadem gratia in eodem gradu erunt eque utilia. igitur facta noue legis et veteris erunt eque nobilitatis si tamen modo differant ut tu ponis. probat minor dupliciter. primo inductione secundo ratione. primo sic. dato q^d in circumcisione nulla sit virtus infusa: in baptismo autem sit virtus infusa deinde gratia conferatur utrobique in eodem gradu: quod ad medietatem virtute inherente. verbi gratia in simili si ista medicina conferat mihi sanitatem in eodem gradu et eque faciliter sicut illa: quid ad egrum vel medicum si ista medicina non agit per aliquam virtutem a tota specie sicut alia sed alium de. unde cuique veniat talis operatio equalis utilitatis iudicabunt. ¶ Ratione probat sic idem. nobilitas illi quod nullam habet appetibilitatem propter se sed propter aliud: debet persari ex nobilitate illius a quo habet totam suam appetibilitatem. sed tota appetibilitas sacramentorum est ex ratione effectus. scilicet gratie quam conferunt. ergo si conferatur gratia in eodem gradu dato q^d eam conferat differenter quantum ad modum puta q^d unum per virtutem infusam aliud ex pacto: unum principaliter aliud ex consequenti: erunt eque nobilitatis in

ratione instrumenti. Confirmat quod ubi unum propter alterum: utrobique tamen unum. 2^o. Topi. sed nobilitas sacramenti est propter nobilitatem effectus. igitur et cetera. Confirmatur quia virtus infusa non est ponibilis in sacramentis. si etiam ponatur talis virtus: illa non est propter se diligibilis. non enim sacramenta diligo propter virtutem: sed propter effectum. et si eorum effectus est equalis: nobilitas erit equalis. non ergo pro hoc saluatur differentia sacramentorum veteris et noue legis quantum ad eorum dignitates. Dicitur forte q^d differunt quia facta noue legis conferunt gratiam in maiori gradu puta baptismus quantum ad circumcisio: contra quod hoc non sufficit. quia maior debet poni differentia inter baptismum et circumcisio: quantum ad inter baptismum et baptismum. sed inter baptismum et baptismum est differentia maioris et minoris gradus a parte effectus. scilicet gratie et aliarum virtutum in baptismo infusarum. probatio. quis enim dubitat qui Paulus receperit maiorem gratiam et virtutem habundantius quando baptizatus fuit: quam unus paruulus quando baptizatur. ¶ 2^o. quia in illis que sunt alterius rationis in sanctificando: oportet assignare effectus alterius rationis. sed sacramenta veteris et noue legis sunt alterius rationis in sanctificando. igitur eis correspondet effectus alterius rationis in sanctificando. sed gratie maioris et minoris gradus non sunt alterius rationis. magis enim et minus non diuersificat speciem. igitur etc. hec Aureolus in forma. ¶ Contra secundam conclusionem arguit Scotus probando q^d de potentia dei absoluta possibile est culpam originalem deleri sine gratie infusione cuius contrarium innuitur in probatione dicte conclusionis. primo sic. quecumque sibi inuicem repugnant circa aliquod subiectum: mutuo se excludunt circa illud. ergo cui repugnant plura circa aliquod subiectum: illud potest per quodlibet illorum expelli vel excludi ab illo subiecto. sed culpe originali repugnat rectitudo in puris naturalibus etiam sine gratia. patet de facto secundum magistrum ponentem hominem a deo sic conditum. patet etiam de possibili probatione. quod si non posset natura fieri recta rectitudinem naturali sine gratia tunc gratia esset naturalis licet non nature lapsa tamen nature in sua propria rectitudine instituta. illud enim est naturale quod consequitur naturam secundum se. ergo sequitur q^d per solam rectitudinem naturalem et sine gratia potest culpa expelli. Si dicatur q^d rectitudo absolute potuit esse in natura absque gratia tamen post culpam non potest restitui absque gratia collata. ¶ Contra illud et simul ad principale arguitur. forma non habet esse alterius rationis: non habet aliam reparabilitatem a quocumque. quod enim est talis forma et

rata esse habēs: ideo est reparabilis vel irreparabilis a quocūq; sed forma non habet esse alteri⁹ rationis in subiecto ex hoc q̄ eius oppositum precessit in eo vt patet d̄ frigoze et caloze circa aquā. ergo forma non habet aliam irreparabilitateza quocūq; per hoc q̄ eius oppositum precessit i subiecto vt patet. sed rectitudo naturalis si nō precessisset suū oppositū: posset reparari per te. ergo rē. ¶ 3^o sic. qualēcūq; fm formam absolutā pōt deus hominē creare: et fm talem formam absolutam pōt post culpaz reparare. sed in pura rectitudine naturali pōt deus hominē creare: igit̄ et cetera. maior patet quia culpa non facit naturam in se esse aliā nec quin sit capax illius cui⁹ prius fuit capax. agens aut̄ diuinum pōt illi imprimere quod d̄cūq; cuius est capax et hoc sine alio q̄ cūq; qd non includitur in ratione illius impressi. sed gr̄a est huiusmodi respectu iusticie vel rectitudinis naturalis. ergo rē. Sed si instet contra maiorem. qz deus non potest de non virgine facere virginem fm hieronimū et tamē a principio potest creare hominē virginem: nō valet instantia. quia in maiori dictū est qualēcūq; fm formā absolutam: et sic nō est instantia. qz quodcūq; absolutuz importatū per virginitatē siue sit perfectio in mēte siue dispositio in carne: totū pōt deus reparare. sed vltra ista virginitas dicit quandā negationē actus preteriti vt. s. nūq; cecidisse mēte vel carne in peccatū carnis. ex quo aut̄ actus preterit: non pōt de⁹ facere quin preterierit. vnde p̄b̄s. 6. et hi. capi. 3^o. cōmendat dictū agathonis dicentis. hoc solo priuatur de⁹: ingenita facere q̄ facta sunt. et ratio est quia nulla factio pōt eē nō entis vel de non aliquo ente. qz maxime extendendo factionem quelibet est vel entis de non ente vel nō entis de ente vt in ānihilatione. preteritum aut̄ non est ens et ipsum non preterisse est aliud non ens. ergo nō potest ex preterito fieri nō preteritū. ¶ 4^o. quia gr̄a non opponit formaliter peccato originali nec modo dimittit illud peccatū per collationē gratie nisi quia gr̄a inducit equiuālēter vel p̄ncipaliter in acceptatione diuina iusticiā originalem que formaliter opponitur peccato originali. hec Scot⁹ in forma. ¶ Contra eandem arguit Aureolus sic. quādo cūq; aliquod subiectū est tale q̄ ipsum est susceptiuum oppositorum et mediū inter illa opposita non imediata: non videtur repugnantia quin aliquod agens possit illud reducere de vno extremo opposito ad medium reducendo ipsum ad aliud extremum. sed status purioruz naturalium est status medius inter culpam et gratiam quia

alias gratia esset ex puris naturalibus et sequeretur error Pelagij vel peccatum inesset ex puris naturalibus et sequitur error Abanichei. ergo cū anima sit susceptiua culpe et gratie et similiter status mediū: sequitur q̄ non est repugnantia q̄ de⁹ omnipotens faciat animam trāsire de statu culpe ad statum naturalē non deducēdo ipsam ad gr̄am. ¶ 2^o. arguit probando q̄ baptismus et circumcisio nō differant penes hoc q̄ baptism⁹ prius delet culpam et circumcisio pri⁹ remittit obligationem ad penā. ¶ Primo quia vbi vnū sequitur et inest propter aliud vt propter causam. p̄p̄iaz non cōuenienter aufertur secūdū nō ablato primo. verbi gratia medicus volens curare morbū conatur prescindere prius causam. nec possibile est morbum curari causa relicta. sed culpa in habente originale erat causa obligationis ad carentiam visionis. ergo deus qui est medicus ordinatissime sanans animam: prius curat causam morbi. ergo prius delet culpam. ¶ 2^o. quia si circumcisio prius deleteret obligationem q̄ culpam: sequitur q̄ in aliquo instanti rationis esset aliquis dignus visione et in peccato originali. per te enim q̄dam ordinationis est prius absolutus ab obligatione ad carentiam visionis q̄ sit deleta culpa originalis. et tunc in instanti quo culpa esset: inesset simul vtrūq; .s. culpa et spes diuine visionis quod est impossibile. igitur et cetera. ¶ Contra eandem conclusionem potissime contra aliqua contenta in probatione arguit Durandus. ¶ Primo quia vt dicit culpa originalis vel actualis nō est priuatio gratie formaliter et directe sed solum meritorie. quia propter meritum culpe vel potius demeritum: deus aufert gratiam si peccans eam prius habeat. propter demeritum etiā ad deus abstulit gratiam ab omnibus de stirpe eius descendētibz per viam naturalis generationis. quam gratiam deus omnibus illis infudisset si adam non peccasset. sed ipsa culpa originalis vel actualis non est formaliter priuatio gratie vt tua ratio assumit. ¶ Preterea priuatiue oppositorū alterum necesse est inesse subiecto apto nato. sed deus posset facere q̄ aliquis esset sine culpa originali et actuali et sine gratia. sicut si quis miraculose formaretur de limo terre vt adam: talis enim non haberet culpam originalez neq; actualem neq; esset necesse q̄ deus daret ei gratiam quod etiam aliqui estimauerunt in sua creatione. gratia ergo et culpa originalis vel actualis non opponuntur priuatiue vt necesse sit semper alterum inesse subiecto. hec ille.



Quantum ad tertium articulum primo notandum est prout S. Tho. deducit p̄ma pte. q. 5. ar. 5. Et de veri. q. 21. ar. 6. Et p̄ 2. q. 85. ar. 4. gratia boni creati in tribus consistit. scilicet in modo in specie et ordine. est enim ratio boni in quibus huiusmodi ratio perfecti. perfectum autem cum sit aliquid natum perficere: presupponit esse perfectum. vñ quod quod vero perfectum est p̄mo p̄ suam formam quam res in specie constituitur. secundo per suum esse. est enim vñ quod quod perfectum finem quod habet esse actu ex cuius diuersitate diuersus modus perfectionis accipitur. tertio per ordinem vel inclinationem ad propriam operationem et finem. ex tribus predictis accipi debet diuersus gradus bonitatis in rebus creatis. vnde Augustinus dicit in libro de natura boni. hec tria modus species et ordo tanquam generalia bona sunt in rebus a deo factis. et hec tria vbi magna sunt: magna bona sunt. vbi parua: parua bona sunt. vbi nulla: nullum bonum est. ¶ Ex quibus inferimus quod quibus plura aut diuersa bona siue honesta siue vtilia aut delectabilia ordinem habeant ad vnum finem: non ideo sequitur quod sint omnino eiusdem gradus in bonitate et perfectione. nam poterunt se inuicem precedere secundum gradus bonitatis que sumitur ex specie et modo et iterum ex ipso ordine. nam ad vnum finem quedam ordinantur per se et quedam per accidens aut ex consequenti. et quedam directe et quedam indirecte. et quedam immediate vel de propinquo et quedam mediate et a remotis. et quolibet istorum modorum contingit secundum magis et minus. vnde in proposito nostro quibus sacramenta veteris legis vtilia essent ad eundem effectum et ad eundem finem ad quem vtilia sunt sacramenta noue legis: non inde satis probatur quod sacramenta veteris legis sint omnino equalis bonitatis et perfectionis que admodum sacramenta noue legis etiam secundum rationem que instrumenta sunt diuine potentie et virtutis et sunt nobis vtilia. nam etiam posito quibus non concessio quod equalis gratia in vtriusque daretur et tamen sacramenta noue legis perfectiora sunt sacramentis veteris legis. Ad quod sciendum est quod sacramenta considerari possunt et in quibus signa et in quibus sacramenta et in quibus instrumenta diuine virtutis et in quibus sunt medicane quedam. et secundum omnes has considerationes sacramenta noue legis precellunt veteris legis sacramenta. p̄mo quidem in quibus signa. tunc quod sacramenta veteris legis signa fuerunt futurorum. sacramenta vero noue legis signa sunt iam factorum.

quod ob res signa dicuntur et memoratiua et demonstratiua. put. S. Tho. notat in hac dis. lec. p̄. ar. p̄ sub. ar. p̄. ad. 4. et ideo comparatur hec sacramenta ad illa sicut veritas ad vmbra et figuram. et quod dicitur Joa. p̄. gratia et veritas per Iesum christum facta est. omnia enim vt apostolus inquit. p̄. Corin. 10. in figura contingebant illis. scilicet patribus veteris testamenti. et hebre. 11. vmbra habes lex futurorum bonorum. tum etiam quod sacramenta noue legis sunt signa magis determinata et expressius significantia quam sacramenta veteris legis. sacramenta namque quedam fidei prestationes sunt. vnde sicut maior determinatio et explicatio articuloz fidei facta est post aduentum christi in noua lege quam in veteri: sic et sacramentorum maior et expressior est significatio in noua lege quam in veteri. propter quod Gregorius dicit quod quanto sancti patres viciniore aduentui saluatoris fuerunt: tanto sacramenta salutis plenius perceperunt. huic consonat quod apostolus dicit hebre. 11. iuxta fidem de functi sunt omnes isti. scilicet antiqui patres non acceptis re promissionibus sed alio modo eas aspicientes et salutates. quanto autem aliquid a longe videtur: tanto minus distincte et expresse videtur. vnde prout S. Tho. inquit in hac dis. lec. p̄. ar. 3. in cor. speciale fuit in sacramentis noue legis quod rebus verba adderentur. quia non sunt signa futurorum que admodum sacramenta veteris legis: sed presentium et preteritorum que et certius cognoscuntur et expressius significari possunt. verba autem inter homines principatum optinent significandi. put Augustinus dicit in. 2. de doctrina christiana. ¶ Item et in quibus sacramenta preeminet sacramenta noue legis veteris legis sacramentis. vt enim S. Tho. dicit in hac dis. lec. p̄. ar. p̄ sub. ar. p̄. sacra et figuram. propter veritatem vocabuli importat sanctitatem et actiue. vt dicat sacramentum quod aliquid sacra sicut ornamentum quo aliquid ornat. sacramenta autem noue legis perfectiora participant rationem sanctificandi quam veteris legis sacramenta. vt enim S. Tho. deducit in hac dis. lec. p̄. ar. 5. ad p̄mum. sanctificatio quando quod importat emundationem et consecrationem spirituale que fit per gratiam. et sic sacramenta veteris legis non dicebantur sacra nisi quasi signa sacramentorum sanctificationis. scilicet noue legis quorum est per gratiam que causant: spiritualiter sanctificare. alio modo sanctificatio importat participationem et deputationem alii cuius ad aliquod sacrum: et sic sacramenta veteris legis dicebantur sacra et quasi sanctificationis: quia peccabat quedam idoneitas ad sacros usus et in templo et in vasis et in populo et in ministris. tanto ergo verius et perfectiora sacramenta noue legis dicuntur sacra quam sacramenta veteris legis: quanto veri-

et perfecti homines sanctificat sanctitate spūa-
 li q̄m ad animas que vere et proprie sanctitatis
 susceptive sunt. vnde ap̄lus hebre. 9°. vtrozūq;
 sacramētoꝝ sanctificationem tangens inquit. si
 enim sanguis hircōꝝ et tauroꝝ et cinis vitule asp-
 sus inquinatos sanctificat ad emūdationem car-
 nis: quāto magis sanguis xp̄i qui p̄ spūm sanctū
 semetipsum obtulit immaculatū deo emūdabit cō-
 scientias v̄sas ab operib⁹ malis ad seruiedū deo
 viventi. ¶ Rurſus et in q̄m instrumenta diuine vir-
 tutis ac potentie: sacramēta noue legis p̄cellunt
 legis veteris sacramenta. instrumentū nāq; q̄to
 magis participat virtutem et efficaciam principa-
 lis agētis: tanto p̄fectiori modo ratione habet
 instrumentū. vnde cū virtus dei principalis agen-
 tis ad causandū effectus sacramētales sit et cōti-
 neatur suo modo in sacramentis noue legis non
 solū vt eis assistēs sed vt vim causatiuam et opa-
 tiuā illis tribuēs. put in precedēte questione fuit
 determinatū: in sacramētis autem veteris legis
 erat tm̄ vt assistens nullā vim opatiuā illis acco-
 modās. p̄pter quod apostolus Gala. 4. vocat
 ea infirma et egena elemēta: consequens est q̄ p̄-
 fectiora et nobiliora instrumenta diuine potentie
 sint sacramenta noue legis q̄ veteris legis sacra-
 menta. vnde et fm̄ doctrinā cōmunē sacramēta
 noue legis gr̄am cōferunt ex ope opato. i. ex vir-
 tute in eis existēte. sacramenta autē veteris legis
 vel gr̄am nō conferebāt: vel si in aliquib⁹ gr̄a cō-
 ferebatur vt in circūcisione: id non erat ex opere
 operato. i. ex vi circūcisionis sed ex virtute fidei
 passionis xp̄i cui⁹ signum erat. vnde et apostolus
 dicit. Ro. 4. q̄ abraā accepit signū circūcisionis
 signaculum iusticie fidei. qz. i. iusticia erat ex fide
 significata non ex circūcisione significāte prout
 S. Tho. exponit. 3. p. q. 70. ar. 4. ¶ Deniq; et
 in q̄m sacramenta sunt medicine quedā: sacramē-
 ta noue legis sunt potiora et p̄fectiora q̄ sacramē-
 ta veteris legis. illa enim medicamenta potiora
 sunt: que p̄fectiorē sanitatē afferunt. huiuscemo-
 di autē sunt sacramēta noue legis q̄ morbos pec-
 catorū et penalitatū et reatuū qui ex peccatis re-
 linquūtur directe sanāt per gr̄am quaz ex opere
 opato cōferunt. sacramēta autē veteris legis nō
 sic peccatorum morbos non curabant sed a qui-
 busdam carnalibus imundicijs et irregularitati-
 bus emundabant.

¶ Secundo Notandum est q̄ vt
 p̄t accipi ex pluribus
 locis doctrine. S. Tho. presertim. p̄ 2. q. 86. et
 87. et. q. 109. ar. 7. Itē. 4. sen. dif. 18. q. p̄. ar. 2.
 in tribus subarticulis. Et de veri. q. 28. ar. 2. in

peccato mortali primo considerandus est ipse
 actus peccati qui etiam vocatur culpa in q̄m vo-
 luntarius est et culpabilis. secundo auersio mētis
 creature ab incōmutabili bono quod de⁹ est. ter-
 tio conuersio ad cōmutabile bonū. quarto p̄ua-
 tio gratie. quinto macula anime et gratie p̄ua-
 tione causata. sexto offensa dei. seprimo reat⁹ pe-
 ne. Cum autē querit̄ vtrū peccatū mortale remit-
 ti possit absq; gratie infusione: questio nō intelli-
 gitur de ipso actu peccati qui factus trāsijt et per
 nullam virtutē aut potētiam fieri p̄t vt non trā-
 sieri. hoc enim solo de⁹ p̄uiat vt philosoph⁹ di-
 cit. 6. ethi. que facta sunt: infecta facere. implicat
 enim cōtradictionē. questio ergo referenda ē ad
 alia q̄ circa peccatū considerant̄ vt dictuz est. Et
 vt plenius p̄cedamus: de singulis prenotatis q̄
 in peccato cōcurrunt: queram⁹ an sine gratia gra-
 tum faciente remitti vel auferri possint. et quidē
 de auersione mētis ab incōmutabili bono q̄ sit p̄
 peccatum mortale: dicendū videtur q̄ absq; gra-
 tia dei remitti aut deleri non p̄t. qm̄ talis auer-
 sio nō dicit p̄uatiōem qualiscūq; cōuersionis
 ad deū: sed cōuersionis ad deū quā peccatū mor-
 tale abstulit. huiuscemodi autē conuersio erat p̄
 gratiam gratū facientem. ergo ipsaz peccati mor-
 talis auersionem a deo deleri vel remitti: nō po-
 test intelligi nisi restituta conuersione mentis ad
 deum per peccatum sublata. hec autē sicut dictuz
 est: fuit p̄ gratiam gratū facientē qua mens amo-
 re et cognitione ferebatur in deū. ergo peccatuz
 mortale q̄m ad auersionem a deo remitti nō po-
 test sine gratia. ¶ De peccato vero q̄m ad tertiuū
 in ordine supra posito. i. q̄m ad conuersionem in
 bonum cōmutabile: videtur dicendum q̄ absq;
 gratia habituali remitti aut deleri p̄t fm̄ viam
 S. Tho. nam vt ipse deducit li. 2. dif. 28. ar. 2.
 Et. p̄ 2. q. 109. articul. 7. et. 8. Et d̄ veri. q. 24
 ar. 12. homo existens in peccato mortali potest
 absq; gr̄a vitare singula peccata mortalia fm̄ a-
 liquod tempus et p̄t cessare ab actu peccati cō-
 missi. hoc autem est retrahi a conuersione ad cō-
 mutabile bonū fm̄ quā peccauerat. Et preterea
 p̄ 2. q. 113. ar. 2. ad. 3. m̄. expresse dicit q̄ cum ali-
 quis a peccato vnus vitij transit in peccatuz vi-
 tij contrarij sicut ab illiberalitate in pdigalitatē
 desinit quidem habere actum preteriti vitij licet
 non desinat habere reatum. huiuscemodi autem
 desinitio: est desinere conuerti ad cōmutabile bo-
 num in quod homo fuerat conuersus. ex quo pa-
 tet q̄ conuersio ad cōmutabile bonum que fuit
 in peccato cōmissio: p̄t cessare v̄l remitti aut ole-
 ri non solū absq; gratia: sed et per aliud p̄ctūm.

De peccato autē q̄ntū ad quartū qd̄ est p̄uatio gratie: manifestū est q̄ remitti aut deleri nō pōt absq̄ gr̄e infusione. implicat enī cōtradictionem q̄ sine posita gratia: remittatur vel auferat̄ p̄uatio gratie. sicut implicat cōtradictionem q̄ absq̄ virtute visua: auferatur ab oculo cecitas vel p̄uatio visus. et ratio ē quia habit⁹ z p̄uatio sunt opposita mediata quozum vno posito: alterum amouetur z ecōtra in subiecto apto nato. **D**e peccato q̄m ad quīrtū qd̄ est macula ex p̄uatiōne gratie consecuta: pari ratione dicendū est q̄ absq̄ gratia deleri nō pōt. vt enim. S. Tho. dicit. p̄ 2. q. 86. ar. p̄. et. 2. macula anime est p̄uatio quedam nitōris seu fulgoris luminis gr̄e. vnde remitti aut deleri nō potest nisi appositione fulgoris gratie. hoc enī generaliter verū est q̄ remotio habitus fieri nō pōt nisi per ei⁹ p̄uatiōnem: nec ecōtra amotio p̄uatiōnis fieri pōt nisi per habit⁹ positionē. **D**e peccato vero q̄m ad sextū quod est offensa dei: videt̄ dicendū iuxta mentes. S. Doc. q̄ siue accipiat̄ offensa ex parte peccatoris siue ex parte dei fm̄ q̄ est peccatori offensus: remitti nō potest absq̄ gratia loquendo de potentia dei ordinata. cui⁹ ratio est qz vt. S. Tho. notanter dicit infra dis. 15. q. p̄. ar. 2. i cor. et. ar. 3. sub. ar. p̄. in cor. et. ad. 2. vbi est offensa nō solum est inequalitas iusticie opposita s̄ etiaz amicitie. inequalitas autē huiusmodi: non tollit̄ nisi per oppositā equalitatē amicitie. oportet ergo ad hoc q̄ offensa p̄ peccatum mortale cōmissa tollatur: q̄ fiat restitutio amicitie hominis ad deum z ecōtra. huiuscemodi autē amicitia fieri nō pōt nisi per gr̄am z charitatez q̄ nos deo affectu cōiungit. p̄t Augustin⁹ dicit in libro de morib⁹ ecclesie. et super illud: vt exilaret faciem in oleo psalmo. 103. dicit glosa Augul. q̄ gr̄a est nitōr anime sanctū cōcilians amorē. **E**t preterea offensa dei qua offensus est peccatori: causat odium dei z indignationem fm̄ illud psalmi odisti omnes q̄ operant̄ iniquitatē. non odio quod opponitur amori quo diligit omnia: sic enī nihil odit eorum q̄ fecit vt dicit̄ Sapient. 11. sed odio qd̄ opponitur amori quo diligit sanctos ad vitā eternam. oportet ergo q̄ per huiusmodi amorē z benignitatem dei: ipsa dei offensa tollatur. dilectio autē z beniuolentia dei fm̄ cōmunē cursuz ordinatio nis diuine semper causat in homine dilecto donū gratie dei. p̄t. S. Tho. deducit p̄ 2. q. 110. ar. p̄. et. 2. et. q. 113. ar. 2. ad. 2. **E**t multuz expresse de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6. **E**t rursus de peccato q̄m ad septimū quod est reatus pene distinguendū est. nam remissio vel ablatio reatus

pene dupliciter potest itelligi. vno modo ex mera dei liberalitate nulla precedente satisfactione et sic deus de potentia absoluta absq̄ infusione gr̄e posset peccatori reatū pene remittere. secus ē de potentia dei ordinata. nā vt. S. Tho. dicit p̄ 2. q. 113. ar. 2. ad. 2. sicut dilectio dei nō solum cōsistit in actu volūtatis diuine sed etiā impositat quendā gratie effectū: ita etiam et hoc quod est deū nō imputare peccatū homini: impositat quendā effectū in ipso cui peccatū non imputat̄. q̄ enim alicui nō imputet̄ peccatū a deo: ex diuina dilectione p̄cedit. Idem dicit de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6. vbi illum effectū dicit esse gratiam. Alio modo reatus pene ablatio vel remissio potest itelligi per satisfactionē condignā. et qz satisfactio condigna fieri nō potest deo p̄ peccatis cōmissis absq̄ gratia p̄ quā act⁹ satisfactorij sunt deo accepti ex qua acceptatione vim habet̄ satisfaciendi: ideo isto modo reatus pene remitti vel tolli nō pōt absq̄ gratia. p̄sertiz qz vt. S. Tho. deducit de veri. q. 28. ar. 2. in cor. reat⁹ pene tolli vel remitti nō potest isto modo: nisi detur homini vnde possit ad eternā gloriā puenire quā reatus pene dāni p̄uabat. id autē est gratia qz gratia dei ē vita eterna. p̄t apostolus dicit. Iho. 6. **E**t preterea p̄uatio gratie postq̄ semel fuit culpabilis p̄pter peccatuz cōmissum: semper est culpabilis quādiu est. nec possibile est q̄ desinat esse culpabilis: nisi omnino desinat esse. quia qd̄ factum est: infectū esse nō pōt. desinere autē esse nisi per gratie infusionem fieri nō pōt: sicut nec generaliter p̄uatiōnis ablatio esse potest nisi p̄ habitus positionem z ecōtra.

Tertio Notādū est q̄ aliqua sunt que s̄z p̄prias rationes formaliter nō opponuntur: que tamē sunt formalit̄ opposita q̄m ad p̄prios effectus. vitia enī carnalia non opponuntur directe z formalit̄ dono intellectus: z tamē formalit̄ habet̄ oppositionē q̄ntū ad p̄prios effectus. nam effectus carnaliū vitiorū sicut gula z luxurie: est cecitas mentis que formalit̄ z p̄uatiue opponitur mētis illustrationi que est effect⁹ proprius doni intellectus. **E**t si mili modo culpa vel peccatuz mortale z gratia fm̄ proprias rationes nō opponunt̄ formalit̄ et directe sicut habitus z p̄uatio. tum qz nō sunt circa idem subiectū p̄ximū. tum etiā qz se habet̄ sicut actus z habitus. opponit̄ tamē peccatū gratie demeritorie. ex eo enim homo meretur gratia p̄uari: quia peccat mortaliter. verū tamen q̄m ad quosdā effect⁹ qui ex peccato mortali cōsequuntur: peccatū mortale p̄uatiue opponitur gratie.

gratie. hi autem effectus vel magis proprie defectus sunt sicut privatio gratie que formaliter gratie opponitur privative: et macula anime que ut in precedenti notabili dictum fuit est privatio nitoris seu fulgoris luminis gratie. item effectus peccati mortalis est averfio et separatio hominis a deo que privative opponitur conversioni et coniunctioni hominis ad deum que fit per gratiam. peccatum etiam mortale facit hominem deo inimicum et odiosum: gratia vero facit hominem deo amicum et charum. rursus peccatum mortale dei offensam parit: gratia vero honorem et reverentiam deo tribuit. qui effectus sicut habitus et privatio opponuntur. denique peccatum mortale reatum inducit pene eterne: gratia vero vite eterne meritum causat. et in quibusdam alijs effectibus utriusque assignari potest dicta oppositio privativa. Ex quibus inferimus quod et si non sequatur formalis consequentia quod vel culpa mortalis vel gratia gratum faciens semper inest anime consideratis earum formalibus rationibus: id tamen consequitur consideratis effectibus utriusque. nam necessaria consequentia sequitur quod ubi non est privatio gratie quod sit gratia et e contra. et ubi non est privatio fulgoris gratie: sequitur quod lumen gratie inest et sic de ceteris que sicut habitus et privatio opponuntur. cum ergo. S. Tho. dicit quod quia peccatum mortale et gratia privative opponuntur ideo alterum illorum necessario anime inest: debet intelligi quod ad illorum effectus non sunt rationes utriusque formales.




Quantum ad ar

ticulum quartum respondendum est obiectionibus contra conclusiones. Et quidem ad primum Turcoli contra primam conclusionem dicit quod minor est falsa. et ad eius probationem primam per inductionem: dicit quod quis nihil ad illud sit de tali virtute inherente: non ideo sacramentum baptismi non erit nobilior circumcisione cum habeat in se virtutem quam non habet circumcisio. sicut et in exemplo arguetis si medicina amara et abominabilis infirmo causet sanitatem non minus quam medicina dulcis et suavis: non inde sequitur quod medicina dulcis non sit melior et eligibilior. Ad probationem per rationem dicit quod minor est falsa. nam ut in primo notabili deductum fuit: sicut quelibet res ita et sacramenta non solum habent bonitatem ex ordine ad finem secundum quem dicuntur utilia: sed etiam ex propria specie et modo in quibus sacramenta nove legis precellunt veteris legis sacramenta. imo et quod ad ipsorum ordinem in finem. prout in primo notabili latius fuit

deductum. Et per hec patet responsio ad primam confirmationem nam secunda propositio non est vera simpliciter. Ad secundam confirmationem dicitur quod assumptum est falsum. et cum ulterius arguit si ponatur talis virtus infusa: dicit quod prima propositio est falsa. et ad eius probationem dicitur quod licet argues non diligat sacramenta propter virtutem in eis existentem cum illam ipse neget: non ideo sequitur quod ipsa non sint propter talem virtutem magis diligibilia quam sacramenta in quibus virtus ipsa non existit nam propter nostrum velle sicut nec propter nostrum affirmare vel negare nihil mutatur in re. Solutio autem quam arguens inducit: sustineri potest sed illa non indigemus cum sufficienter dicta sunt presertim in primo notabili. Ad 2. dicit quod procedit ex falso supposito. scilicet quod effectus sacramentorum nove legis non differant a sacramentis veteris legis nisi secundum maiorem et minorem gradum gratie. hoc autem falsum est imo differunt in pluribus alijs que arguunt utraque sacramenta esse alterius et alterius rationis prout latius deductum est in primo notabili. Ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem: ad primum dicitur quod prima propositio non habet veritatem nisi quando si bene invicem ex toto repugnant: et tunc ad minorem dicitur quod rectitudo in puris naturalibus sine gratia: repugnat culpe originali non quod ad totum quod culpa originalis implicat et causat et ad illam consequitur. solum enim illi repugnat directe sed falsa gratia quod ad obliquitatem virtutis anime et ad iniuriam et ad deum. sed sunt multa alia quibus rectitudo in puris naturalibus non differt et per se repugnat. sicut illa vel illorum multa que in secundo notabili posita sunt tanquam peccati mortalis sequela. unde non dicimus quod rectitudo naturalis esse non potest absque gratia: sed dicimus quod non potest peccatum mortale expellere sine gratia pro eo quod absque gratia non habet repugnantiam ad totum id quod est in peccato et ex peccato causatur et derelinquitur. unde responsio ibi data bona est. Et ad eius impugnationem que est secundum argumentum dicitur quod maior propositio est falsa quando irreparabilitas vel reparabilitas provenit non ex parte ipsius forme secundum se aut secundum esse quod habet in subiecto: sed ex parte dispositionis subiecti sicut est in proposito. per hoc enim quod peccatum originale vel mortale precessit in subiecto ex quo tales dispositiones et egritudines ac inhabilitates causate sunt in anima: rectitudo naturalis efficitur irreparabilis nisi per gratiam. Ad 3. dicitur quod maior prout iacet est falsa. et ad eius probationem negatur assumptum in quibus dicit quod culpa mortalis non facit naturam incapacem illius cuius su-

it prius capax loquendo de capacitate proxima
 imo hoc est vñ precipue causatum in anima ex
 culpa mortali q̄ absq̄ auxilio gratie nec potest
 a casu peccati resurgere nec operationes habe-
 re aut bona consequi que poterat prius. ¶ Ad
 4^m. dicitur q̄ quis gratia fm se et propriatio-
 nem non opponat formaliter peccato originali:
 opponitur tamē illi q̄ ad plures eius effect⁹. p-
 ut dictum fuit in tertio notabili. et talis oppositio
 sufficit ad hoc q̄ peccatum originale vel etiaz a-
 ctuale remitti aut expelli absq̄ gratia non possit
 ¶ Ad argumenta Aureoli cōtra eandē conclu-
 sionem: ad primū respondet. S. Tho. in de veri.
 q. 28. arti. 2. ad. 4^m. q̄ nihil prohibet aliqua cō-
 traria esse mediata respectu alicui⁹ subiecti: que
 sunt imediata q̄ ad tempus determinatum. si-
 cut cecum ⁊ videns sunt mediata in cane: non tñ
 post nonū diem. similiter ⁊ homini respectu stat⁹
 nature condite gratia ⁊ culpa cōparantur vt cō-
 traria mediata: sed post illud tempus quo adā
 gratiam accepit vel accipere potuit ita q̄ etiam
 in omnes eius posteros transferit: nullus caret
 gratia nisi per culpam originalem vel actualem.
 ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ arguens non habuit mentē
 S. Tho. in verbis illis. mens enim. S. Tho. fuit
 ostendere id quod per prius ⁊ magis a propria-
 te circūcisio significabat prout in membro gene-
 rationis fiebat. ex hoc enim significabatur q̄ cir-
 cūcisio ordinabatur ad diminutionem carnalis
 concupiscentie que precipue in membris illis vi-
 get prout. S. Tho. inquit. 3^a. p. q. 70. ar. 3^o. ad p-
 mum. non autem fuit eius intentio ordinem po-
 nere in reali causalitate vel inter effectus circū-
 cisiois q̄ ad eorum fieri et esse. vnde ⁊ differē-
 tia quam tangit de baptismo q̄ ad ipsam signi-
 ficationem attenditur pro eo q̄ ablutio exterior
 que fit in baptismo significat ablationē culpe ac
 per hoc dicitur illam p̄s destruere. Et q̄ ista fue-
 rit mens. S. Doc. patet ex eo q̄ articulo sequen-
 ti. l. 5^o. sub. ar. p^o. in cor. assignans differentia cir-
 cūcisiois ad baptisimū sicut imperfecti ad per-
 fectū: dicit q̄ differt primo q̄ ad significationē.
 quia circūcisio nō ita significabat expresse emū-
 dationē totius hominis ab imundicia totius cul-
 pe originalis sicut ablutio baptismi. hec ille. quod
 dicit quia circūcisio fiebat particulariter in vno
 membro corporis: ablutio vero baptismi fit i to-
 to corpore. et tamē certū est q̄ in effectu tota cul-
 pa originalis auferebat in circūcisione sicut ⁊ in
 baptismo. Et p̄ hec patet solutio ad illd̄ qd̄ secū-
 do inducit quod p̄cedit ex eodē falso fundamē-
 to. ¶ Ad argumenta Durādi cōtra eandē cōclu-

sionē patet responsio per ea q̄ dicta sunt in tertio
 notabili. ¶ Ad argumētū ante oppositū respon-
 det. S. Tho. 3^a. p. q. 62. ar. 6^o. ad. 3^m. et. q. 70.
 ar. 4. in cor. q̄ inter sacramēta veteris legis cir-
 cūcisio cōferebat grām et q̄ ad effectus positi-
 uos et q̄tū ad effect⁹ priuatiuos et q̄ ad repres-
 sionē concupiscentie. verū tamē nō cōferebat gra-
 tiam ex opere operato. i. p̄ virtutē in ipso circū-
 cisiois sacramēto contentā: sed ex opere opān-
 te. i. ex fide passionis xpi future cuius circūcisio
 erat signū. fm illud Iro. 4. Abraā accepit signū
 circūcisiois signaculū iusticie fidei. homo enī
 accipiens circūcisionē vt adultus pro se vel ali⁹
 pro paruulis: pro fit eatur se suscipere talem fidē.
 Et in hoc articulo terminatur.



Teruz cir

ca primā distinctionē
 quarti sentētiarum ⁊
 duas sequentes que-
 ritur vtrū sacramēta
 veteris legis possint
 post passionē christi
 sine peccato mortali
 obseruari et arguitur

q̄ sic. non enim credēdum est q̄ apostoli post ac-
 ceptionē sp̄s sancti mortaliter peccauerunt. eius
 enim plenitudine sunt induti virtute ex alto vt
 dicitur Luce vltimo. sed apostoli post aduentū
 sp̄s sancti legalia obserauerūt. dicit enī Actūz
 12. q̄ Paulus circūcidit Thimoteū. et Actūz
 21. q̄ Paulus fm cōsiliū Jacobi assumptis viris
 purificatus est: cū eis intrauit tēplum annūcians
 expletionē dierū purificationis donec offerretur
 pro vno quoq̄ eorū oblatio. ergo sine peccato
 mortali possunt post xpi passionem legalia sacra-
 menta obseruari. ¶ In oppositū arguit q̄ dicit
 ap̄lus Gala. 5^o. si circūcidimini xps nihil vobis
 p̄derit. sed nihil excludit fructū xpi nisi peccatū
 mortale. igit circūcidi et alia sacramenta legalia
 obseruare post xpi passionē est peccatū mortale.
 ¶ In hac q̄stione erunt q̄tuor articuli vt supra.



Quantum ad ar

ticulum pmū sit p̄ma cōclusio q̄
 sacramēta veteris legis ⁊ alie ce-
 rimoniē legales cessauerūt statū
 post passionē xpi ⁊ quo ad vim
 obligādī ⁊ q̄ ad eorū vtilitatē. hāc cōclusionē te-
 net. S. L. in hac dis. p^o. lec. 2. ar. 5. sub. ar. p^o. ⁊ 2.

et. 3. Item p^o 2^o. q. 103. ar. 3. et. 4. ¶ Secunda conclusio est q^o sacra veteris legis pro nunc obseruari non possunt sine peccato mortali. hanc conclusionem tenet. S. Tho. vbi supra. ¶ Tertia conclusio est q^o baptismus non cadebat sub precepto sed sub consilio ante passionem xpi. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac dis. 2. q. p^o. ar. 4. sub. ar. 3. Et. 3^o. p. q. 66. ar. 2. ¶ Quarta conclusio est q^o gratia sacramentalis est alterius rationis a gratia virtutis et donorum. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hoc. 4^o. distinctioe p^oma lec. p^o. ar. 4. sub. ar. 5. Et. 3^o. parte. q. 62. articulo. 2.



Quantum ad se-

condum articulum arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam et secundam conclusiones arguit Scotus. ipse namque primo vult probare q^o circumcisio non aliter obligauit post mortem xpi quam ante: et q^o iudei non aliter tenebant vel non tenebant usque post xpi ascensionem. Primo quia nullus aliter se habet ad aliquam legem nisi quia est sibi aliter promulgata. sed post passionem xpi antequam apostoli predicassent baptismum: non fuit baptismus aliter promulgatus quam ante. ergo per consequens non habuerunt se aliter ad circumcisionem quam ante. ¶ 2^o. quia ab eodem habent precepta vim obligandi et medendi et curandi. patet per Bedam super illud Ioh. 3. et ponitur in littera distinctio prima. nisi quis renatus fuerit etc. qui enim nunc per euangelium suum terribiliter ac salubriter clamat nisi quis renatus fuerit et c. terribiliter dicitur propter arctam obligationem: salubriter propter efficaciam medelam: ille dudum clamabat per legem: masculus cuius caro preputij circumcisa non fuerit peribit anima eius de populo suo. sed circumcisio habuit vim medendi usque ad eius reuocationem. sed per solam xpi mortem non est aliter reuocata quam prius. patet ex ratione precedenti quia non erat aliter promulgata. ¶ 3^o. post mortem xpi usque ad tempus promulgationis: iudei tenebant circumcidere paruulos suos quia nullo modo constabat eis de reuocatione circumcisionis. non autem contulit eam paruulo nisi ut utile et necessarium ad salutem: quia tenebantur ponere spem in ea sicut prius tenebantur necessario habere firmam opinionem de circumcisione. quod nihil est dictum quia deus nullum decipit nec obligat necessario ad decipiendum. ¶ 4^o. nunquam fuit homo relictus sine remedio certo de quo esset certum q^o erat remedium certum. sed illo tempore post passionem ante publicationem euangelij nullum fuit certum remedium iudeis datum de nouo quia nec publicatum. ergo remansit idem quod prius eque certum

remedium sicut primo. hec Scotus. ¶ Alterius vult probare directe contra secundam conclusionem q^o post publicationem euangelij poterant sine peccato legalia obseruari. quia Actuum. 21. legitur de Paulo q^o ascendit in hierusalem et ibi de consilio Jacobi et aliorum fratrum post quartam synodum habitam in hierosolymis purificatus secundum legem ascendit templum et obtulit sacrificium pro se. q^o autem esset ibi sollemniter euangelij publicatum patet Actuum. 21. dixit Iacobus vide quot milia hominum in iudea crediderunt et omnes emulatores sunt legis. ergo stante tanta publicatione euangelij ibi et ipso Paulo et iudeis conuersis approbat observatio legis. et ipse Paulus ibi inter tot christianos opus legis impleuit. q^o autem tempore fuerit ista Pauli conuersio purificatio et oblatio secundum legem: conuincitur potest partim ex processu actuum: partim ex magistro hystoriarum. istud enim fuit ante captionem Pauli per sex dies sicut patet Actuum. 21. ista autem captio fuit circa principium regis Neronis: quia tertio anno neronis venit romam secundum magistrum hystoriarum. Nero autem incepit regnare circa vigessimum annum post passionem xpi. in tanto autem tempore videtur euangelium satis publicatum vbi tamen Paulus maxime seruauit legalia. hec Scotus. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probando q^o si ante passionem xpi baptismus fuit sub consilio: tunc circumcisio non fuit sub precepto. Primo quia si unum preceptum impositum reuocat totaliter aliud: consilium seu monitio de vno facit aliud non necessarium quia cuius actus preceptum est alterius prohibitio eiusdem actus consilium est licentia de non obseruando reliquum. ergo si preceptum de baptismo erat prohibitio circumcisionis quantum ad fructum: sequitur q^o consilium de baptismo erat reddens circumcisionem non necessariam. ¶ 2^o. quia si ante passionem aliquis iudeus ad predicationem xpi vel per tri paruulum baptizasset et non circumcidisset: si paruulus fuisset mortuus fuisset saluus quia recepisset gratiam in baptismo. a prima enim institutione baptismus contulit gratiam. si dicatur q^o paruulo sufficisset baptismus sed pater peccasset non circumcidendo illum: contra pater ante octauum diem potuit paruulum suum baptizare: et ex quo ille habuit remedium contra originale et hoc pater credidisset nam credidit baptismum efficacem ad hoc: tunc videtur q^o non tenebat necessario puidere paruulo de alio remedio. hec Scotus in forma. ¶ Contra quartam conclusionem arguit a nonnullis quorum dicta recitat Petrus de palude sic primo. sicut se habet sanitas per artem restituta ad sanitatem per naturam: sic gratia sacramentalis ad virtutes quia sacramenta sunt quedam medicina. sed illa est ea-

dem. 7^o. methaphisice. ergo et cetera. ¶ 2^o. per idem tollitur malum inquantū priuat bonuz oppositum et inq̄^m ledit subiectū diminuendo habilitatē ad aliud. vnde et visus miraculose restitutus qui tollit cecitatem et indispositionē: est vn^o et idem cū visu naturali. sed peccatū vnū et idem est quod priuat gr̄am et corrūpit potentias anime per maculā. ergo eodē tolleret formaliter quātū ad vtrūq̄. ¶ 3^o. quia eodē tollit defectus potentie et pficiet potētia. cū enī defect^o potētie dicat puram priuationē pfectionis primo quidē ex parte materie: secūdo pficiet potētia. sicut eodē lumine expellitur tenebra et illuminat aer. ¶ 4^o. quia licet vni fm diuersa opponantur plura vt equali maius et minus. lo. metha. tamē sicut vnū est peccatuz quod habet in ordinationē act^o et imperficiet potentias anime: ita vna est virtus que habentem perficit et opus ei^o bonum reddit. ¶ 5^o. quia per idē recedit aliquid ab vno termino et tendit ad oppositū vt per leuitatem a centro sursum. nec valet solutio qua dicit^r q^d vt opponit^r virtuti et vt vulnerat. quia si oppositio ad virtutes esset formalit^r per aliud q̄ per vulnus: bene requireret aliud et aliud remediū. sicut in vulnerato qui cū hoc habet febrē duplex requirit^r sanitas. sed qm̄ vtrūq̄ est per idem: vtrūq̄ tollitur p idem. verbi gratia aer est tenebrosus per absentia luminosi et per interpositionē opaci. vnde requirit^r lux formaliter expellēs tenebrā et remouens opacum interpositum quod causat inhabilitatē ad lucē. sed si sola absentia lucis causat tenebram: sola restitutio eius tollet vmbā quātū ad omnē ei^o effectum. et sic est in pposito quia peccatū non corrumpit potentia anime p habitū aliquē vel priuationes differentes ab habitu et priuatione oppositis virtuti. et ideo sola virtus restituta sufficit quo ad vtrūq̄ et c. Nec valet quod dicit^r q^d gr̄a sacramentalis non erat necessaria in statu innocentie sed gratia virtutū tunc erat necessaria: et sic videtur q^d nō sint idē. quia licet gr̄a sacramēto et virtutum sit vna: tamen fuit necessaria hec et nō illa in statu innocentie inq̄^m huiusmodi: fm tamē id qd̄ in vtraq̄ fuit necessariū. sicut sanitas per medicinam restituta non est necessaria ei qui nūq̄ fuit infirmus: est tamen necessaria infirmo: et tamen non differt a naturali nisi penes causam extrinsecam et accidentalem. vel dicendum q^d gratia sacramentalis non fuit necessaria in statu innocentie inq̄^m confertur per sacramenta nec inq̄^m ordinatur ad sananduz: sed inq̄^m ordinatur ad bene operandum fuit necessaria. Nec obstat secūdo illud quod dicitur q^d. s. non contritus recipit

gratiam sacramentalem si non fictus accedat. nō contritus autem non habet virtutem penitentie nec per consequens alias virtutes et sic videtur q^d non sunt idem. quia licet nullus adultus recipiat gratiaz nisi non fictus: tamen non fictus potest carere gratia et virtutibus vt si sit attritus et non contritus nec tunc erit sine peccato et gratia imo erit in peccato mortali sed virtute sacramenti attritio mutabitur in cōtritionem et suscipiet gr̄am virtutū et sacramēti. sic enim dicit frater Tho. super. 4. senten. distin. 6. arti. 3. q. prima in vltimo argumento q^d sufficit attritio precedens ad excludendum fictionem. si autem sit contrit^o tunc suscipiet gr̄am sacramentalem nō per infusionē noue gratie sed per augmentū preexistentis: sicut in illo qui bis vere penituit de eodem peccato. nam in secunda susceptione sacramenti constat q^d nulla gratia noua sibi infundit^r sed sola preexistēs auget: quia nouiter infusa esset eius de rationis cum prima. Nec valet quod tertio dicitur q^d virtutes sunt cōnere sed gratie sacramentales non: ergo non sunt idem quia non est simile. virtutes enim habēt cōnexionem quia fluunt ab vna gratia que sine eis esse non potest sed sacramenta non fluunt a gratia que sine eis esse potest. Nec valet quod quarto cōsuevit argui quia diuersorum effectū sunt diuersae cause. sed effectus sacramētales sunt diuersi. ergo a diuersis gratiis et sic non est vna. et dicenduz q^d diuersa sacramēta habent diuersos effectus q̄ sunt characteres vel ornatus: non autē gratie. vel dicendum q^d diuersitatem causarū formalitū sequit^r diuersitas effectus: nō autē ad diuersitatē efficiētium maxime instrumentalium. sicut enim vna ē sanitas que diuersis infirmitatibus potest tolli et sic diuersis medicinis reparari: ita vna est gratia que diuersis peccatis tollitur et diuersis sacramētis reparatur. hec ille Petrus recitans dicta contrarie opinionis.



Qantum ad articulum tertiū primo notandū est q^d sicut ex verbis apostoli Galat. 4^o. accipitur: in aduentu xpi lex vetus et obseruantia legis sinez habuit. ait enim apostolus. at vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factū ex muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. redempti autem sunt per hoc q^d a legis onere sunt absoluti veteri lege cessante. quo autem tempore post aduentum christi lex veteris obseruantis suis finem habuerit: ipse apostolus

determinat hebreorum. 9^o. dices. ideo noui testamenti mediator est scilicet christus vt morte intercedente in redemptionem earum preuincationum que erant sub priori testamēto reprobationem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valeret dum viuit qui testatus est. ex quibus verbis apparet quod nouum testamentum id est lex noua christi vim et robur habuit morte christi interueniente et non prius. nouo autem testamento firmato: testamentum vetus deletum est. vnde Apostolus. 8^o. capitulo eiusdem epistole dum commemorasset verbum domini hieremie. 31. dicentis. ecce dies veniunt dicit dominus et consumabo super domum israel et super domum iuda testamentum nouum non secundum testamentum quod feci patribus: subiungit. dicendo autem nouum: vetera uero prius. quod autem antiquatur et senescit: prope interitum est. ex quibus concluditur quod virtus noui testamenti cepit post passionem et mortem christi et virtus et obligatio legis veteris ex tunc cessauit. ¶ Sed considerandum est quod ad virtutem et efficaciam legis non solum requiritur ipsius institutio per legislatorem: sed exigitur cum hoc et legis promulgatio. ¶ Ut enim Sanctus Thomas deducit prima secunde questione. 90. articulo. 4. lex imponitur aliquibus per modum regule et mensure que tunc intelligitur imponi rebus mensuratis quasi illis applicatur. lex igitur tunc imponitur his qui sub lege sunt virtutem habens obligandi: quando illis applicatur. huiusmodi autem applicatio fit per hoc quod in noticiam eorum deuenit quadam legis promulgatione. ¶ Unde ad hoc quod lex imposita vim et robur habeat: necessario requiritur legis promulgatio. inquit enim Augustinus libro de vera religione. leges instituuntur cum promulgantur. quod intelligendum est de institutione efficaci id est vim coactivam et obligatoriam habente. non de institutione tantummodo ordinatiua et directiua qua leges instituuntur quando primo a legislatore conduntur. ad destitutionem autem seu abrogationem legis minus requiritur. sufficit enim ad id: legis reuocatio per eum qui potest. neque exigitur ad legis destructionem vel ad tollendam legis virtutem ac eius vim obligatoriam quod reuocatio promulgetur quemadmodum exigitur ad legis virtutem atque vim coactivam: eius institutionis promulgatio. plura enim requiruntur ad rei constitutionem quam ad eius destitutionem. ¶ Ex quibus inferimus quod quauis lex noua

non habuerit vim obligandi ita ut illam non obseruantes transgressores legis censeatur usque ad ipsius promulgationem per apostolorum predicationem factam secundum Augustini sententiam contra hieronimum quam communiter sequuntur theologici: et tamen lex vetus mori ut per christi passionem et mortem reuocata fuit iuxta apostoli documenta supra posita: virtutem suam et obligandi vim amisit: ita ut ex tunc nec vim preceptiuam nec virtutem salutiferam aut alicuius utilitatis efficaciam habuerit. vnde et statim passione christi parata ad ipsius mortem: lex ipsa vetus mortua esse dicitur nihil virtutis aut vite amplius retinens. vnde ex tunc iudei neque circumcisionem recipere nec alias legis veteris obseruantias tenebantur seruare quam est ex ipsius legis et obseruantiarum vi: quicquid fuerit ex iudeorum erronea conscientia quae forte putabant legem veterem adhuc durare et vim preceptiuam ac obligatoriam pro tunc habere. conscientia namque erronea ligat ut Sanctus Thomas deducit prima secunde questione. 19. articulo. 5.

¶ Secundo Notandum est quod de institutione sacramenti baptismi non omnino idem videtur sentire Sanctus Thomas in primo opere et in secundo. nam in primo opere infra distinctione. 3. articulo. 5. sub articulo. 2. dicit quod sacramentum baptismi primo fuit institutum quam ad materiam in baptismo christi. tunc enim vim regeneratiuam contulit aquis. quam ad formam vero fuit tunc quodam modo prefigurata per presentiam trium personarum in signo visibili. apparuit enim pater in voce. filius in carne. spiritus sanctus in columba. fructus etiam baptismi ibi fuit prefiguratus quando celi aperti sunt super eum in signum quod per sacramentum baptismi ianua celestis patrie aperienda foret. necessitas autem suscipiendi baptismum declarata fuit quauis non imposita Ioan. 3^o. vbi dominus dicit. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et cetera. efficaciam autem habuit ex passione christi quantum ad vltimum effectum qui est apertio ianue. sed diuulgatio eius quam ad omnes nationes precepta fuit Abathai vltimo. Et sub articulo. 3. in corpore inquit. ante passionem nullus obligabatur ad baptismum quia tunc non erat institutus ad obligandum sed ad exercitandum. post passionem vero obligatorium fuit quasi circumcisio mortua fuit quantum ad omnes ad quam institutio potuit peruenire. hec Sanctus Thomas in primo opere. In secundo vero opere tertia parte questione. 66. articulo. 2. in corpore tenet quod

baptismus quod ad ipsum sacramentum vere fuit institutus quando christus baptizatus est. et quod sacramenta ex sui institutione habent quod conferunt gratiam et accipiunt virtutem ad causandum effectum suum: ideo baptismi sacramentum ex ipsa institutione a tempore baptismi christi habuit virtutem ad effectus baptismales. sed necessitas utendi hoc sacramento indita fuit hominibus post christi passionem et resurrectionem. Unde in duobus videtur quod aliter fuerit locutus in secundo opere quam in primo. vnum est circa institutionem baptismi. nam in secundo opere simpliciter dicit sacramentum baptismi institutum fuisse in baptismo christi: non hoc limitans quod ad materiam sicut in primo opere. nomine autem sacramenti et materia et forma designari videtur. Aliud est circa effectum sacramenti. nam in primo opere dicit quod fructus baptismi prefiguratus fuit in baptismo christi. in secundo vero opere expresse dicit quod sacramentum baptismi accepit virtutem producendi suum effectum quando christus est baptizatus. Possumus tamen utrumque dictum trahere ad concordiam. primus sic quod in primo opere Sanctus Doctor locutus est de institutione baptismi quod ad eius expressionem. fuit enim ibi materia baptismi expressa. scilicet aqua in ipso carnis christi contactu. non autem fuit forma verborum expressa sed designata in apparitione trium personarum patris in voce filii in carne et spiritus sancti in columna. perficitur enim forma baptismi in nomine patris et filii et spiritus sancti. In secundo vero opere locutus est de institutione baptismi simpliciter absque expressione materie et forme. Secundum dictum potest etiam ad concordiam trahi sic quod in primo opere Sanctus Doctor locutus est de ultimo fructu baptismi scilicet de apertura ianue celestis. que effectum habuit baptismus post passionem christi prout parum infra subiungit. unde et hunc fructum baptismi prefiguratum fuisse dicit in eo quod celi aperti sunt super christum. non autem fuit mens eius quod totus fructus vel effectus baptismi fuerit prefiguratus et non institutus ante passionem christi. nam et supra distinctione 2. articulo. 4. sub articulo. 3. expresse dicit quod a tempore predicationis christi usque ad eius passionem sacramenta noue legis simul currebant cum legalibus et utraque ad salutem operabantur et exemplificat de baptismo. In secundo vero opere non distinguens inter effectus baptismi: simpliciter dicit quod sacramentum baptismi virtutem accepit ad causandum suum effectum quando christus est baptizatus.

Tertio Notandum est prout Sanctus Thomas deducit tertia parte questione. 62. articulo. 6. quod virtus passionis christi copulatur vel continuatur nobis et per fidem et per sacramenta differenter tamen. nam continuatio que est per fidem fit per actum anime qui est credere. corde enim creditur ad iusticiam ut apostolus dicit Romanorum. 10. continuatio autem que est per sacramenta fit per vsum exteriorum rerum in quibus sacramenta consistunt. nihil autem prohibet id quod est posterius tempore antequam sit actu in rerum natura mouere secundum quod precedit in actu anime. sicut finis qui est posterior tempore mouet agentem secundum quod est apprehensus per intellectum et desideratus ab ipso. sed illud quod nondum est in rerum natura: non mouet per vsum exteriorum rerum scilicet existens in rerum natura. unde causa efficiens non potest esse posterior effectu in esse ordine durationis quemadmodum est causa finalis. hinc ergo est quod a passione christi que est causa humane iustificationis: deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta noue legis: non autem ad sacramenta veteris legis. nam quia passio christi fuit prior duratione quam sacramenta noue legis que de latere christi fluxerunt dormientis in cruce: potuit efficaciam habere super illa et effectiue ea mouere et ad ipsa deriuare seu transfundere virtutem iustificatiuam secundum quod in vsum sunt exercita in rerum natura. sacramenta autem veteris legis precesserunt duratione passionem christi et ideo ipsa christi passio existens illis posterior non potuit efficaciam seu effectiuam causalitatem habere super illa nec illa mouere vel ad illa effectiue agere aut virtutem suam ad illa deriuare secundum quod erant in vsum exteriorum rerum. habuit tamen causalitatem per modum finis in suscipientibus sacramenta veteris legis per fidem qua credebant christi passionem futuram in redemptionem generis humani quam protestabantur in ipsis veteribus sacramentis que illam prefigurabant. unde sacramenta veteris legis non ex ipsis aut per virtutem ad illa deriuatam ex passione christi iustificabant: sed per fidem passionis christi quae accedentes ad sacramenta illa habebant: iustificabant. **¶** Ex quibus inferimus quod baptismus et alia sacramenta noue legis ante passionem et mortem christi non habuerunt virtutem et efficaciam ad suos effectus a christi passione nisi per fidem et protestationem ipsius quemadmodum sacramenta veteris legis eo quod passio christi nondum actu esset tunc in rerum natura sed esset ipsis posterior. veruntamen

ipsam virtutem et efficaciam quam sacramenta noue legis nunc habent: tunc habuerunt. non ex passione christi propter dicta rationem: sed ex ipso christo illa instituente et virtutem et efficaciam illis realiter et efficienter conferente. nam licet passio christi fuerit illis posterior si qua ex tunc sunt ante christi passionem: christus tamen illa instituens: duratione in rerum natura illa precessit. Et hec videtur fuisse mens Sancti Thomae tertii a parte questione. 66. articulo. 2. ad primum cum diceret quod etiam ante passionem christi baptismus habebat efficaciam a christi passione in quantum eam prefigurabat: aliter tamen quam sacramenta veteris legis. nam illa erant figure temporales: baptismus autem ab ipso christo virtute habebat instituendi per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit. hec ille. In quibus verbis duo que annotauimus satis ipse expressit. vnum est cum dicit baptismum ante passionem christi habuisse efficaciam a christi passione in quantum eam prefigurabat. vnde non dixit in quantum ab ea virtutem habebat. ex quo accipitur quod respectu passionis christi signum tantummodo erat prefiguratum quemadmodum sacramenta veteris legis. Aliud est cuius dicit quod baptismus tunc ab ipso christo virtutem habebat instituendi. vnde non dixit a passione christi que tunc futura erat: sed a christo in rerum natura iam existente et ipsum baptismum instituente. Et facit ad istum sensum quod sequitur. per cuius scilicet virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit. quasi responderet Sancti Doctori tacite questionem qua fortasse aliquis quereretur quomodo baptismus tunc habuit virtutem instituendi et non a passione christi. respondet siquidem quod illam a christo potuit habere qui propria existentia presentem erat. a quo etiam ipsa passio virtutem instituendi habet.

Quarto Notandum est quod tempus diuulgationis euangelij post quod secundum Augustinum et communiter omnes doctores theologos legalia non solum mortua sunt sed et mortifera: non est satis certum cum de eo tempore non fiat expressa mentio in canone sacre scripture nec numerus annorum requisitus ad euangelij publicationem nobis determinatus est nec in quanta orbis parte predicatio euangelij sufficiat ad ipsius diuulgationem qua vim habeat ad sui obseruantiam omnes gentium nationes obligandi. nam vigintifere annorum tempus non videtur sufficere cum legamus Actuum. 21. quod viginti annis post passionem christi transactis in principio scilicet imperij Heronis secundum magistrum historiaram

credentes ex iudeis emulatores erant legis non pauci sed multa milia eorum prout Jacobus episcopus hierosolymitanus refert per Paulum. quo tempore et ipsemet apostolus per Paulum assumptis quatuor viris votum habentibus purificatus est more legali intrans in templum sinagoge iudeorum annuncians expletionem dierum purificationis donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio secundum legis obseruantiam. Duo tamen nobis certa sunt. vnum est quod post aliquantulum promulgationis euangelij adhuc legalia non fuerunt mortifera. hoc patet ex immediate dictis. aliud certum est quod diu iam preterierit tempus aptum et necessarium ad legitimam euangelij publicationem post quod legalia non solum mortua sed et mortifera censenda sunt. Aduertendum tamen quod tempore intermedio a passione christi usque ad diuulgationem euangelij circumcisio et cetera legalia simpliciter mortua fuerunt quia nec vim preceptiuam et obligatoriam neque aliquid virtutis aut efficacie tunc habebant. ita quod illo tempore iudei nectenebantur illa obseruare nisi forte propter erroneam conscientiam nec obseruantibus aliquid illa prodesse poterant. habuerunt tamen iudei sicut et ceterae omnes gentes pro tunc remedium contra originale peccatum scilicet baptismus qui a passione christi habuit sue institutionis complementum et virtutem instituendi et vniuersaliter effectus baptismales causandi. habuit preterea vim preceptiuam et obligationis necessitatem saltem postquam christo resurgente precepit discipulis suis dicens. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Unde opinio dicentium quod tempore intermedio a passione christi usque ad diuulgationem euangelij paruuli iudeorum saluabantur in sola fide parentum absque circumcisioe que iam cessauerat et absque baptismo qui nondum fuerat sub precepto: tenenda non est. nam post institutionem completam baptismi: solus baptismus fuit remedium a deo datum contra originale peccatum iuxta verbum domini Joannis. 3. dicentis. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Neque obstat quod tempore illo ante diuulgationem euangelij baptismus non fuerit de necessitate precepti cum tale preceptum nondum esset diuulgatum. quoniam licet non fuisset tunc de necessitate precepti ita vt nouum peccatum incurreret pro transgressione quod baptismum non susciperet: fuit tamen de necessitate sacramenti: quia sine ipso nullus pro tunc saluari poterat. non enim virtus passionis christi quod

peccata delentur et homines iustificantur poterat post christi passionem continuari ac copulari alicui ad salutem nisi per sacramentum baptismi ad quod erat institutum cessante circumcisione cum ceteris legalibus omnibus. Neque iterum obstat quod iudei nondum euangelio divulgato non crederet aut ignoraret sacramentum baptismi ad salutem hominum et ad peccatum delendum fuisse institutum. nam illorum incredulitas vel ignorantia virtutes baptismi et eius institutionem ac necessitatem non euacuaret. sicut nec modo post euangelium per orbem diffamatum: iudeorum et infidelium incredulitas aut ignorantia vim baptismi et eius necessitates non euacuat. neque ideo saluari possunt sine baptismo quia illud non credunt aut ignorant. nam et quod plus est nec illi ad quos sermo euangelij et necessitas baptismi non adhuc puenit: absque baptismo et fide euangelij saluari possunt. immo ut S. Tho. tenet. 6. quolibet. ar. 4. puer natus in deserto ubi aqua ad illum baptizandum haberi non potest si moriatur sine baptismo saluari non potest: nec valeret ei sine sacramento baptismi si des parentum. et ratio est quia post passionem christi ex divina institutione remedium salutis humane ad solum baptismi sacramentum est coartatum. ita quod sine illo vel in re vel in voto suscepto nemo potest fieri saluus iuxta verbum domini supra allegatum ex euangelio Ioan. 3.




Quantum ad articulum quartum respondendum est obiectionibus in contrarium. Et quidem ad primum Scoti contra primam conclusionem dicitur quod prima propositio non habet veritatem nisi de lege obseruanda ad cuius vim obligatoriam exigitur legis promulgatio: que tamen non requiritur ad legem non obseruandam. put deductum fuit in primo notabili. et ideo non est idem iudicium de obseruatione baptismi et de cessatione vel non obseruatione circumcisionis. quoniam obrem deficit argumentum quia conclusio de non cessatione circumcisionis non sequitur ex premissis probantibus baptismi obseruationem. quoniam ut ibi dictum fuit: plus requiritur ad legis obseruationem quam ad legis cessationem vel obseruationem. Ad. 2. dicitur quod quicquid sit de maiori propositione nam non est versus quaque vera: tamen minor propositio qua dicitur quod per solam christi mortem non aliter reuocata est circumcisio quam prius est falsa. neque valet eius probatio. nam ut deductum fuit in primo notabili: ad legis reuocationem non requiritur reuocationis promulgatio. Ad. 3. dicitur

quod assumptum non est verum. nec valet eius probatio quoniam ut dictum est non exigitur nisi legis reuocatio ad hoc quod lex vim non habeat obligandi. nec ad id requiritur aut reuocationis promulgatio aut quod de ipsius reuocatione constat. nec ideo circumcisio erat utilis et necessaria paruulis iudeorum: quia ipsi iudei id existimabant: nam erat ipso tempore illo erronea conscientia. unde nec tenebantur iudei pro tunc firmam opinionem tenere de circumcisione obseruanda. nec tenebantur spe salutis in ea ponere. neque in hoc deus illos decepit ut arguens obiecit cum non obligasset eos ad circumcissionem obseruationem nisi versus ad mortem christi. Ad. 4. dicitur quod maior propositio est vera quam ad primam sui partem. sed est falsa quam ad secundam quia dicitur quod non quod fuit homo relictus quin certus esset quod haberet certum remedium. hoc autem falsum est. nam etiam modo in desertis vel insulis nonnullis sunt multi ad quos noticia euangelij non dum puenit. qui quantumvis habeant remedium sue salutis: non tamen certi sunt quod fuerit taleremedium. unde tempore a passione christi versus ad euangelij divulgationem: iudei omnes certum habuerunt remedium sue salutis. scilicet fide christi et fidei sacramenta que omnibus in salutem omnium gentium et nationum data fuerunt a christo. que non omnes pro illo tempore certam haberent noticiam de tali remedio habito. unde in omnibus predictis obiectionibus arguens deceptus est putans quod ad legis reuocationem et cessationem esset necessaria reuocationis promulgatio sicut ad legis obligationem et obseruationem quod falsum est. Possent autem ad omnia supra dicta non incongrue responderi quod tempore mortis christi fuit coram multis gentibus promulgata legis reuocatio cum dominus diceret Ioan. 19. consummatum est. siue intelligatur vetus testamentum quod ex tunc consummatum. i. finitum est et terminatum. siue intelligatur consummatum nouum testamentum. i. perfecte et complete dispositum iuxta prophetiam Iherem. 31. prout apostolus intellexit Iherem. 8. nam ut ibidem apostolus arguit dicendo nouum testamentum esse consummatum id est perfecte dispositum et institutum: prout testamentum. scilicet legis veterauit. quod autem veterauit et senescit prope interitum est. Ad argumentum eiusdem Scoti contra secundam conclusionem patet responsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. concedimus enim quod non statim post quantatantumque euangelij publicationem legalia fuerunt mortifera ac per hoc quod pro tunc poterant sine peccato obseruari: dum tamen obseruantes non ponerent spem in eis ita ut reputaret ea esse sibi necessaria ad salutem. Ad argumenta eiusdem Scoti contra tertiam conclusionem: ad primum

dicat q̄ maior propositio non est vera nisi postq̄
vnum preceptum imposituz reuocat alterū . sed
in proposito nostro tempore ante passionē chri-
sti quando baptisuserat sub consilio: nondum
circumcisio fuerat reuocata per preceptuz bap-
tismi. vnde potuit pro tunc consilium de baptis-
mo non tollere aut infirmare vim preceptiuam et o-
bligatōriam. ¶ Ad. 2^m. concedimus primā con-
sequentiam. et responsionem ibi positam admit-
timus. et ad eius impugnationem dicitur q̄ i ca-
su illo non excusabat patrem paruuli a precepti
transgressione de circumcisione obseruāda: q̄ par-
uulo originale peccatum fuisset per baptismum
amorum. nam preceptum de circumcisione obser-
uanda non solum datum fuit propter originale
peccatum delendum: sed etiam in signum prote-
statiuum redemptionis fiende per christum. put
Sanct⁹ Thomas notat in hac distin. lec. 2^a. ar.
p̄mo sub art. p̄mo. Et p̄ma secūde. q. 103. ar. 3.
ad. 4^m. vnde et abrahe cui preceptum circumcisio-
nis datum est fuit dictum. in semine tuo benedi-
cetur omnes gētes. in semine tuo. i. in christo. put
apostolus exponit Galatarū. 3^o. quia ergo ante
christi passionem adhuc redēptio futura erat ac-
fienda per xp̄m: oportebat iudeis pro tunc signo
circumcisionis protestari redēptionē esse fiendā
per xp̄m. ¶ Ad argumenta cōtra quartam cōdu-
sionem ad primū dicat q̄ maior est falsa. nō enīz
est simile quod adducitur pro simili. quia gr̄a sa-
cramentalis est medicinalis respectu quorundā
morbozum et defectuz ad quos gratia virtutuz
ex sui ratione non se extendit. ars autē medicine
et virtus naturalis ordinantur ad eandem sani-
tatem. Unde ad hoc argumentum et ad omnia
sequentia est responsio q̄ procedunt ex falso sup-
posito. s. q̄ gratia gratum faciēs in q̄m huiusmodi
quod dicitur gratia virtutum et donozum ex sui ra-
tione ordinatur ad omnes effectus causandos et
ad omnes defectus reparandos qui vel ex defe-
ctu nature vel ex commissis peccatis proueniunt
quod est falsum. nam gratia gratum faciēs ex sui
ratione non plus habet q̄ facere habentem deo
gratum et acceptum amore quodam amicitie. et
facere actus suos dignos et meritorios vite eter-
ne. ac per hoc et ea que his effectib⁹ aduersantur
remouere. gratia autem sacramentalis ordinat^r
directe et per se ad quosdam effectus inducēdos
quibus homo perficitur non tam ad opera me-
ritoria vite eterne q̄ ad quedam singulariē per-
tinentia ad cultum dei. s. religionez christiane vi-
te: et etiam in remedium contra defectus quosdā
ex peccatis prouenientibus ad quos gratia vir-

tutum et donozum non per se ordinatur. Qui au-
tem sint hi effectus et defectus: docet pulchre Sā-
ctus Thomas melius q̄ alibi tertia parte q̄stio-
ne. 65. articulo primo. ¶ Itēq̄ valet obiectio ar-
guentis contra id quod dicitur est de defectibus
quos tollit gratia sacramentalis qua arguēs sup-
ponit q̄ peccatum nō corrumpit potentiam ani-
me per habitum vel priuationem differentes ab
habitu et priuatione oppositis virtuti. nā hoc sup-
positum est falsum. quoniam quidam defect⁹ hu-
iusmodi sunt qui per se non opponuntur virtu-
tibus imo sunt illis cōpossibiles. quemadmoduz
reatus pene temporalis. difficultas quedam ad
penitētie opera. ignorātia qua homo nescit vas
suum id est vrozem propriam possidere et sic d̄ si-
milibus. Et preterea gratia sacramentalis vt di-
ctum est: non solum se extendit ad reparandos
defectus: sed ad causandos effectus quosdā spe-
ciales ad quos gratia gratuz faciens ex seipsa nō
se extendit. Ad cuius intellectum scienduz est q̄
sicut dictum fuit in questione precedente: capien-
do gratiam sacramentalem non pro ipso effectu
sacramenti sed pro gratia que effectum sacramē-
ti causat: habet se ex additione ad gratiam gra-
tum facientem sicut ratio speciei ad genus pro-
ut Sanct⁹ Thomas dicit tertia parte questione
62. articulo. 2. ad. 3^m. ita q̄ gratia sacramenta-
lis est gratia gratum faciens habēs ex virtute sa-
cramenti efficaciam ad quosdam effectus ad q̄s
per seipsam sine sacramentozuz vsu regulariter
non se extendit. Responsiones autem aliē quas
arguēs introducit non sunt nob̄ necessarie ideo
eas non prosequimur. ¶ Ad argumentum ante
oppositum respondet Sanctus Thomas in hac
distinctione lectione secunda articulo. 5. sub ar-
ticulo tertio ad secundum. Et prima secunde q̄-
stione 103. articulo. 4^o. ad primum. q̄ tempore
illo quo apostoli quedam legalia obseruauerūt:
nondum erant mortifera quāuis essent mortua.
et ita sine peccato poterant obseruari non ponē-
do in eis spem salutis. post plenam tamen euan-
gelij diuulgationem: absq̄ peccato obseruari nō
possunt. Et in hoc articulus terminatur.

Distinctio quarta.



irca q̄r

tam distinctio-
nez queritur v-
trum baptism⁹
impmat aliquē
characterem in
anima et arguit
q̄ non. qz vt di-
cit p̄hs secundo
ethicorum om-
ne quod est i a-

nima vel est potentia vel habitus vel passio. sed character non est potentia. quia potentie omni-
bus hominibus cōmunesunt. character autem
non cum sit signum distinctiuum sicut ipsum no-
men ostendit. et preterea potentie sunt a natu-
ra non autem character. nec iterum est passio qz
passiones anime contingunt cum aliqua trāsmu-
tatione corporali vt dicitur. 4°. ethicorum. et p-
tinent ad sensitiuam partem vt dicitur. 7°. physi-
corum. nec iterum est habitus quia habitus ordi-
natur ad agendum vt patet per diffinitionē Au-
gustini: habit⁹ est quo quis agit cum tempus fue-
rit. ergo character non est aliquid in anima. et sic
baptismus nullum characterem imprimit in ani-
ma. ¶ In oppositum arguitur. quia Damascen⁹
in diffinitione baptismi ponit sigillum. sed sigillū
impressuz in aliquo est character quidaz. ergo in
baptismo imprimitur character. ¶ In hac que-
stione erūt quattuor articuli vt supra.



Quantum ad ar

ticulum primū sit prima conclu-
sio q̄ character q̄m ad id quod
est est forma absoluta et poten-
tia quedaz supernaturalis. hāc
conclusionem tenet Sanct⁹ Thomas in hac di-
stinctione questione p̄ma articulo primo. Et ter-
tia parte questione. 63. articulo. 2. ¶ Secunda
conclusio est q̄ aliquis character est potētia acti-
ua vt character confirmationis et character or-
dinis. hanc conclusionē tenet Sanct⁹ Thomas
in hac distinctione questione prima articulo. 4.
sub articulo. 3. Et tertia parte loco supra allega-
to. et eadem questione articulo. 6. ¶ Tertia cō-
clusio est q̄ character est subiectiue nō imēdiate
in essentia anime sed in potētia eius intellectiua.
hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. q.

prima arti. 3. sub articulis p̄mo. 2. et. 3. Et tertia
parte. q. 63. articulo. 4. ¶ Quarta cōclusio est
q̄ per sacramētū baptismi imprimitur character
fufcipiēti. hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac
disti. q. p̄ma. ar. 4. sub. ar. 3. Et. 3°. p. q. 63. ar. 6.



Quantum ad se

cundum articulum arguendum
est contra cōclusiones. Et qui-
dem contra primaz arguit Sco-
tus probando q̄ character non
sit forma absoluta. Primo quia si sic: cōtradias
tibi ipsi. naz p̄m te diffinitio characteris est talis.
character est signum cōmunionis fidei et ordina-
tionis datum a hierarcha. vel q̄ est signum com-
munionis diuinorum et sacre ordinationis fide-
lium. et quocūq; modo sic vel sic diffiniatur: sig-
num ponitur in diffinitione characteris tanq̄ ge-
nus. ex hoc arguitur q̄ character non potest esse
forma absoluta. quia ad quidditatem forme ab-
solute non pertinet aliquis respectus: quia tunc
illa q̄dditas esset ad se et non esset ad se. nec etiā
potest dici q̄ relatio ponatur ibi tanq̄ gen⁹ et nō
sit vere genus: quia hoc modo ponitur subiectū
in diffinitione accidentis. patet enī q̄ relatio nō
est subiectum absoluti nec etiam relatio est susce-
ptiua. ¶ 2°. quia sicut non sunt ponenda plura
sine necessitate: ita quando aliquid ponitur pre-
cise propter aliud: non est illud ponendum per-
fecti⁹ q̄ requiratur ad illud aliud vel q̄ possit ex
illo alio concludi. nam illa perfectio vltior que
poneretur frustra poneretur. sed propter omnia
illa propter que ponit character: non est necesse
q̄ sit perfectio absoluta. possunt enim omnia illa
sufficenter saluari si ponatur q̄ sit forma respecti-
ua. ergo supfluet sine causa ponit eē p̄fectio abso-
luta. ¶ 3°. qz falsum accipit q̄ nulla relatio nomi-
ter adueniat sine nouitate absoluti. huiusmodi enī
falsitas patet multipliciter. p̄mo sic. illa non pōt
magis intrinsece aduenire fundamētō q̄ q̄ neces-
sario sequit ip̄z posito termino. qz omnino nō pōt
inesse fundamētō circūscripto termino. qz tunc
nō esset respect⁹ sed forma absoluta. ergo si aliq̄s
respect⁹ pōt extrinsec⁹ aduenire fundamētō: seq̄t
q̄ nō necessario seq̄t fūdāmētū posito termino.
ergo iste respect⁹ pōt esse nou⁹ sine nouitate fun-
damēti vel termini. ergo ad ei⁹ eē nouū potest eē
mutatio qz nō est ad aliq̄d absolutū. ¶ Si dicas
aliquē respectū extrinsecū aduenire subiecto nō
fundamētō: hoc nihil est. qz relationes intrinsece
vt pote similitudo q̄ seq̄t albedinē et huiusmodi
possunt extrinsecus aduenire subiecto qz funda-

metū de nouo aduenit. ergo si ille sunt intrinsece et alie sunt extrinsece: erit differentia earum in comparatione ad fundamentum. Item agens naturale non potest de nouo agere nisi ponatur aliquid nouum in ipso vel in passo vel habitudo noua illorum. hoc apparet. quia omnibus istis y-niformiter se habentibus: y-niformiter erit actio cum tale agens agat de necessitate nature. ergo si aliquod agens naturale habet nouam actionē vel est aliqua forma absoluta ante illam actionē noua in agente: vel aliqua noua in passo vel noua habitudo agentis ad passum. sed nec primuz nec secundum est necessarium. potest enim ignis de nouo agere in lignum absq; hoc q; ante illam actionem ignis recipiat nouam formam vel lignum. quia prima forma absoluta quam recipit lignum est per illam actionem. ergo ibi est noua habitudo ignis ad lignum absq; omni nouitate forme absolute. hoc etiam patet experientialiter. quia actiuo eodem modo se habēte fm formā actiuā: et passiuo eodem modo se habēte fm potentiam passiuam proximam: si fuerit aliquod impedimentum etiam inter illa interposituz: nō aget illud agens in passuz. amoto autem illo impedimēto siue obstaculo aget. ergo ibi noua habitudo agentis ad passum sine noua forma absoluta erit. Item hoc probatur ex intentione philosophi. 5. phisicorum. quia licet neget motum esse in ad aliquid prout ad genus ad aliquid pertinent relationes intrinsecus aduenientes: non negat tamen motum vel mutationez esse in ad aliquid extrinsecus adueniens immo concedit. concedit enim in genere vbi esse motum proprie et tamen vbi non est nisi respectus quidam corporis circumscripsi ad locum vel corpus circumscribens. ¶ 4. principaliter arguit. quia vt dicit aliud falsum ibi assumitur scilicet q; relatio non possit fundare relationem. quia fm Euclidez. 5. geometrie in principio: proportionalitas duarū proportionum est similitudo. ergo super ppor-tionem que dicit formaliter relationem vel sup ynitatem eius fundatur similitudo. Et si dicas q; similitudo est ynitas in q̄litate f3 philosophū. 5. methaphisice: nō valet. quia et si vno modo qd appropriatur substantie et eodem modo idem ⁊ diuersuz que consequūtur aliquid in q̄m quid fundatur in ynitate substantie et equale in ynitate quantitatis stricte accepte ⁊ simile in ynitate q̄litaris: tamen alio modo accipiēdo quid ⁊ quale et simile in omni genere inuenitur quid accipiēdo rationē alicuius generis precise ad se. et inuenitur quale accipiēdo formam in illo genere in

ratione forme. et inuenitur quantitas virtutis. ⁊ sic in omni genere inuenitur vnum simile et equale. hoc modo enim possunt relationes ynius specie dici similes fm ynitatem illius relationis: sicut habentes ynam formam substantialem sunt similes fm substantiam. Item quod additur de relatione fundata in caractere scilicet signi: illa potest fundari in alia quod preter noticiam quā sensibus ingerit aliud in cognitionem venire facit. quod est verum non solum de signo sensibili: sed etiam verum est de signo intelligibili accipiēdo sensum generaliter pro quacūq; potētia cognitiua. nihil autē est ex cuius cognitione non possit deueniri in cognitionem alterius salte3 vt ex cognitione posteriorum in prius. et sic illud posterius potest dici signuz prioris. et sic cōceditur q; super aliquam relationem realem potest fundari relatio signi ad aliquid prius: sed talis relatio non tantū ducit in cognitionez sui sed alteri⁹. et hoc modo si quis videret paternitatem in suo fundamento: posset esse signum rememoratiuū actus generationis preterite. et illo modo in pposito et maxime hic non est inconueniens: quia illa relatio signi non est nisi relatio rationis loquendo de signo instituto ad placitum cuiusmodi est character respectu sacramēti suscepti. Itē illud quod dicitur de relatione configurationis vel obligationis non valet. potest enim religiosus per votum religionis obligari ad seruienduz religioni. et qui facit homagium per actum faciendi homagium obligari domino suo. et yniuersaliter in talibus per pmissionem precedentez et tamen non est ibi aliqua forma absoluta super quam fundetur illa obligatio nec forte alia relatio nisi rationis. et ita bene posset saluari relatio obligationis. sicut si poneretur relatio realis sicut in filio posset esse relatio alicuius habitudinis ad patrem puta obligationis ad dilectionez naturalem: et si possibile esset filiationem esse so-lam. Nec valet probatio de processu in infinituz in relationibus realibus: quia aliqua est vltima relatio realis in qua nō potest fundari aliqua relatio realis. sicut aliquod accidens est vltimum in entibus quod non potest vlti⁹ esse subiectuz alicuius alterius accidentis. et ideo non sequitur si accidens est in accidente: q; in accidentib⁹ esset processus in infinitum. de relationibus tamen rationis bene conceditur q; ibi potest esse processus in infinitum. quia quelibet relatio siue realis siue rōnis pōt vlti⁹ fundare aliā relationē. ergo et c. ¶ 5. principaliter. qz aliud falsū assumit in pbatōnib⁹. s. q; character sit potentia isto

modo q̄ habens characterē possit in aliquē actū in quo sine illo nō posset. nam baptizatus in nullo actum simpliciter potest in quez non posset non baptizatus. et hoc siue loquendo de actu in quem potest actine: siue de actu quē quodā modo ab alio recipit. ita enim posset nō baptizatus vngi chrismate sicut baptizatus. et ita posset abluere sicut baptizatus. Si autem loquamur de potestate ministri hoc est per quam sit conueniens minister alicuius principalis agentis et sine illa potestate non esset conueniens minister talis principalis agentis: talis potestas non oportet q̄ sit forma absoluta: immo sufficeret in multis q̄ sit tantūmodo relatio rationis. pbatur fm̄ te. nam dicitis episcopatum non esse ordinem vltra sacerdotium: et tamen episcopus habet talē potestatem ministerialem quam non habet nō episcopus. est enim conueniens in aliquo actu cui deus assistit vt in actu ordinandi: et non similiter assisteret si aliquis non episcopus exequeretur similem actum. consimiliter cōstitutus iudex si ferat sententiam: sententia tenet. prius autem non tenuisset: quia sententia a non suo iudice lata nulla est. nec tamen ille iudex sed nec ille episcopus habet aliquam formā absolutam realem sed respectiuam forte nisi rationis tisi. per illam enim relationem rationis qua ille a principe constituitur iudex voluntas principis ratificat sententiam ab eo latam et vult eam obseruari. non autem vult seruari sententiam alterius non constituti iudicis nec ratificat illam. et ita iste per aliquam habitudinem ad voluntatez principis: habet potestatem ministerialem respectu principis et illius principalis agentis ad aliquem actuz cōuenienter exequi. et multo minus posset relatio realis poni si inessz talis potestas ministerialiter exequendi conuenienter in domo patris quam non habet non filius. et iterum nepos aliquē alium actum sed inferiorē. et potestas illa sic vel sic in auctoritate precipiendi vel imperandi: nō est nisi cognatio vel filiatio. sic etiam apparet istas potestates de quibus arguitur in speciali. nā potestas ordinati ⁊ confirmati si est actiua: non est nisi ad ministrandum cōuenienter in tali actu diuino vt ipse ad talem actum ministerialem assistat operanti principaliter eo modo quo non assisteret similiter ministerio exhibito ab alio. Si autem character baptismalis ponatur potentia passiuua: neqz vt receptiua neqz vt ratio recipiendi poni potest. nihil enim potest absolute recipere anima baptizati: quod nō posset recipere anima non baptizati. sed est potestas quedaz recep-

tiua de congruo a principali agente disponente agere in passum habens talem formam et nō in aliud passum. talis autem ratio receptiua de congruo respectu principalis agentis volūtariē: potest esse sola relatio. sicut aliquis disponit aliqd agere in aliquem quia filius vel consanguineus: nolens aliquid simile causare in non habentetalem relationem. hec Scotus in forma. ¶ Cōtra secundam conclusionem arguit Aureolus probando q̄ character non sit potentia actiua. ¶ Primo quia si sic: huiusmodi esset character sacerdotalis. sed nulla potentia actiua potest esse in sacerdote respectu consecrationis. non enim aliq̄ actio creata attingit terminum ad quem trāsubstantiationis vt etiam tu concedis: quoniā ibi fiunt multa miracula ad que nullum ordinez potest habere virtus creata. nec etiam aliqua virtus que sit in sacerdote attingit ad terminum a quo scilicet panem. vel enim attingeret disponendo vt transeat in corpus christi facilius: vel faciēdo ad ipsius desitionem. non primo modo: quia illa dispositio iduceretur i fine prolationis. pro illo enim instanti est precise actio verboruz. in illo autem instanti: panis non est. et tunc illa dispositio esset non entis. tum quia illa dispositio cum sit creatura: eque distat ab illo transitu sicut panis. tum quia non apparet qualis dispositio esset illa vtum rarefactio vel calefactio vel huiusmodi. similiter nec secūdo modo. nulla enim actio creature est sine subiecto nec etiam corruptiua: quelibet enim requirit in quid agat. tunc q̄ ro vbi esset illa actio que ageret ad desitionem panis. non potest dici q̄ in pane quia panis non est quando est illa actio. nec in corpore christi quia corpus christi non est terminus illi⁹ actionis nec subiectum cum sit nobilior nec illa actio attingit terminuz ad quem. item actio illa esset absqz termino ad quem. ad ipsam enim sequeretur non esse panis simpliciter absqz aliquo termino vltra et sic illa actio esset annihilatiua quod non potest competere creature. ¶ 2^o. quia si deus insumdit partem illius virtutis in anima et partem in verbis vt tu dicitis: quare oportet q̄ illa que ponitur in anima sit permanens et non sufficit q̄ sit virtus quedam transiens. quare etiam ponitur duplex talis virtus vna immanens alia transiē. Si dicas q̄ propter nobilitatem sacramenti contra. nobilitas nō ponitur ex aliquo inherēte sed ex termino nobiliori inducto sicut patet de medicina posito q̄ induceret sanitatem non a tota specie sicut alia: eq̄ nobilis essz si induceret sanitatē sicut alia dūtrū eque pfectā sanitatē induceret.

¶ 3^o. quia illa qualitas in verbis et in anima aut est eiusdem rationis aut alterius. si eiusdem rationis: contra si sint eiusdem rationis ita quod quelibet sit imperfecta et ambe constituent unam perfectam virtutem tunc altera poterit tantum intendi quod sufficeret sine alia ad illam actionem. dices quod hoc deus bene posset facere sed non ordinavit et cetera: contra quia iam venit ad pactum. ¶ 4^o. idem inquit apparet de potestate diaconi et subdiaconi. non enim oportet in eis ponere qualitatem a qua proficiat operatio simpliciter quia sufficit ad hoc intellectus dicans voluntas imperans et potentia exequens nec quia facilius modo eliciatur operatio quia eque bene et faciliter leget epistolam non subdiaconus sine manipulo. similiter probatum est prius quod nulla est dispositio in baptismo respectu gratie que sit dispositio ex natura rei.

¶ 5^o. quia si character baptismi esset potentia susceptiva: non deberet dici potentia sed impotentia. nam potentia facile patiens que ponitur in secunda specie qualitatis in predicamento: est impotentia ad resistendum. ¶ 6^o. quia secundum dicta sanctorum character non est aliud quam quedam qualitas existens in anima que est similitudo et propria species anime christi sic quod nullius alterius essentie sit similitudo. quia enim christus est princeps et caput fidelium: placuit deo instituire characterem agni qui daretur omnibus venientibus ad fraternitatem christi et familiam per quam appareant filii et coheredes agni. Assumptum probatur primo per apostolum Galatas 3^o. omnes inquit qui in christo baptizati estis christum induitis. aut ergo baptizatus dicitur christum induere quia induit gratiam. et virtutes que in baptismo infunduntur: et hoc non videtur benedictum eo quod multi suscipiunt sacramentum que non suscipiunt rem sacramenti. aut quia induit christum essentialiter: et hoc est impossibile. ergo non ex alio videtur nisi quia induit similitudinem anime ipsius christi. Item Romanorum 8^o. quos presciuit hos et predestinavit conformes fieri imagini eius. ergo aliqua imago christi formatur in nobis ex divina predestinatione. Item prima Corinthiorum 15^o. sicut portavimus imaginem terreni: sic portemus imaginem celestis. Item Dionysius secundo de ecclesiastica hierarchia vocat characterem lumen quo signamur. istud autem lumen non videtur esse aliud quam pulchritudo et assimilatio. similiter ibidem vocat characterem sigillum quoddam. Potest autem talis ratio ad hoc induci. sicut omnes qui assumuntur ad familiam principis portant signum et arma militie vel politie

principis et civitatis ut per hoc protestentur se esse de tali domino: sic est rationabile quod in eis que assumuntur ad christi familiam: sit signum siue qualitas conformans christo capiti. et sicut in politia exteriori quanto magis quis appropinquat ad principem et dignitatem sicut milites et barones signis specialioribus distinguuntur: sic infra christi familiam milites cuiusmodi sunt qui receperunt sacramentum confirmationis ac principes scilicet qui receperunt sacramentum ordinis diversis similitudinibus designantur. ac per hoc alius et alius character in sacramentis infunditur. ergo character non est aliud quam species et imago predicta et signum distinctivum familie christi. hec aureolus in forma contra secundam conclusionem. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Durandus et primo contra hoc quod conclusio ponit characterem esse potentiam actiuam: dicens quod in ministro sit aliqua virtus sicut in verbis et rebus sacramentalibus licet habeat aliquam probabilitatem quam ad characterem ordinis per quem ordinatus dicitur operari divina per ministerium. tamen nullam probabilitatem habet de characteris baptismi: quia per baptismum non efficitur aliquis minister sacramentorum sed solum receptivus eorum. unde cum virtus que ponitur ab aliquibus in sacramento sit activa ad producendum aliquid in altero: character qui ponitur proportionaliter in ministro debet esse potentia activa ad producendum aliquid in altero. quod non potest dici de characteris baptismali. De characteris autem ordinis qui secundum hanc positionem dicitur esse potentia activa licet sit maior probabilitas: tamen instantia habet etiam supposita predicta opinione. quia virtus que ponitur in sacramentis secundum positores huius opinionis: non est permanens sed transiens. solum enim ponitur esse in rebus sacramentalibus pro tempore actualis exhibitionis sacramenti. ergo consimiliter virtus que ponitur in ministro debet esse transiens et non permanens post exhibitionem sacramenti. hoc autem secundum eos non convenit characteri ordinis quem dicunt indelibiliter permanere. Et confirmatur quod non baptizatus potest baptizare dum tamen servet ritum ecclesie et habeat intentionem faciendi quod facit ecclesia. et tamen non baptizatus non habet aliquem characterem. aut ergo habet aliam virtutem sibi pro tempore quo baptizat exhibitam: aut non. si non: ergo in ministro non requiritur aliqua virtus proportionaliter correspondens virtuti quam dicunt esse in sacramentis. si autem habet: cum illa non sit character ut dictum est

sequitur q̄ virtus que in ministro correspondet virtuti existenti in sacramētis non est character sed alia trāsiciens si tamen aliqua sit. quod p̄tāto dico q̄ non videt̄ q̄ aliqua virtus transiens aut permanēs actiua vel passiua sit in ministro vel in suscipiente sacramentum per modū quo isti ponunt. dicunt enim q̄ sicut gratia est p̄ncipiū vite spiritualis: sic talis virtus vel potentia est p̄ncipiū opationis spūalis. quia quādōcūq̄ in eodē supposito sunt formaliter p̄ncipiū quo viuuntur et p̄ncipiū quo operatur opera vite siue manēs in ipso siue transiens in alterum: impossibile est q̄ corrupto p̄ncipio quo viuuntur formaliter remaneat in ipso p̄ncipiū opationis vitalis actiuū vel passiuū. q̄uis enim in semine equi quod nō est viuens sit virtus instrumentalis vitalis opationis puta generandi alium equū: tamen in equo viuente et habente vim generatiuam alterius eq̄ impossibile est q̄ corrupta anima per quā viuunt remaneat in eo potentia generatiua. et idem est de potentia receptiua operationis vitalis vt est visus vel auditus. cum ergo fm istos gratia per quam homo viuunt spiritualiter possit corrumpi in aliquo remanente in eo characterē ordinis vel baptisimi: impossibile est q̄ gratia et character sic se habeant sicut p̄ncipiū vite spiritualis et p̄ncipiū spiritualis operationis. quia p̄ncipiū vitalis operationis non potest esse vbi non est vita si subiectum sit capax vtriusq̄. hec Durandus in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probando q̄ inconuenienter ponatur character subiectiue in potentis anime. p̄mo quia dispositio ad formā nūq̄ debet poni in posteriori susceptiuo forme. patet discurrendo per singulas formas et dispositiones earum. sed character est fm te dispositio ad gratias et ḡra per te est in essentia anime. ergo character non potest poni in aliquo susceptiuo posteriori q̄ essentia anime sicut est potētia quia est accidens ei. ¶ 2^o quia ratio tua non valet cum sic arguis. gratia ē in essentia anime: ergo potētia vel dispositio ad gratiam est in potētia anime. imo sequitur oppositum. s. q̄ vel ipsummet susceptiuū gratie sit susceptiuū potentie vel dispositionis. vel saltem si est dispositio: illa non potest esse in aliquo posteriori illo in quo est forma. hoc etiam patet in alijs. quia habitus supernaturalis non est in habitu naturali sed in potentia naturali in qua est habitus naturalis. et hoc ideo quia potentia naturalis est prior vtroq̄ habitu. ¶ 3^o quia probatio q̄ probatur gratia esse in essentia anime non cōcludit. quia perfectio naturalis p̄ncipiū inest alicui q̄ po-

tentia supernaturalis. nam potentia naturalis et intrinseca statim sequit̄ naturā sui perfectibilis. potentia autē et si sit accidens fm te: tamē est perfectio intrinseca ipsius anime. ergo prius naturaliter inest sibi potentia q̄ gratia. et per cōsequēs posse habere rationem subiecti receptiui. ¶ 4^o quia illud quod additur de vita non cōcludit. quia vita spiritualis p̄mo inest anime vt est cōiungibilis deo. vnde fm Augustinum de ciuitate dei: deus propter hoc dicitur vita esse: quia anime non inest vita nisi in coniunctione ei⁹ ad deum vt ad obiectum. anima autem non est cōiungibilis deo in ratione obiecti nisi per potentias. ¶ 5^o quia illud quod additur de voluntate q̄ ipsa oritur ex intellectu non valet. quero enim aut intellectus habet talem prioritatem ante voluntatem generationis siue originis et ex hoc nō p̄batur perfectio in intellectu respectu voluntatis sed imperfectio. vniuersaliter enim imperfectiora p̄cedūt perfectiora ordine generationis. q̄ methaphisice. si autem intelligis q̄ intellectus sit prior vel radix voluntatis tanq̄ eminenter vel virtualiter continens voluntatem: hoc improbat̄ ex dictis. quia ordinatum ad alterum vt p̄us origine non continet ipsum virtualiter v̄l eminenter. actus autem intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis vt probabit̄ inferri. ¶ 6^o quia si character est signum vt fundamentum obligationis anime ad deum: rationale est q̄ ponatur in illa potentia cuius est p̄mo obligari vel esse rationem obligandi. talis autem est voluntas quia p̄cipue per eius actum aliq̄s se obligat p̄ncipaliter. illa enim que concurrūt ex parte intellectus vel alterius potentie in homine: non sunt nisi p̄ambula ad futurum velle vt quedam signa manifestantia illud esse futurum. hec Scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Durandus probādo q̄ character non sit in potentia intellectiua tanq̄ in subiecto. quia illa virtus que non perficit hominem q̄ ad cognoscere nec q̄tum ad appetere sed solum q̄ ad operari non est ponenda in potentia cognitiua nec appetitiua sed solum in potentia executiua. sed character non perficit hominem quantū ad cognoscere vel appetere sed solum ordinatur ad operari. ergo non potest poni in potentia cognitiua vel appetitiua sed in potētia executiua per quam minister applicat formam et materiam sacramenti ad suscipientes. maior patet. ars enim ponitur in potentia intellectiua q̄ p̄ficat hominem ad veram cognitionem factibiliū. et virtus moralis ponitur in appetitu q̄ inclinatur

ad appetendum put recta ratio determinat. sed potentia factiva est in manib⁹ artificis. minor de se manifesta ē. quia character nō perficit ad cognoscere nec ad appetere sed solū ad administrationē sacramentoz. vnde puenienti⁹ poneretur esse in manibus sacerdotis quibus tenet hostiaz consecradam et ad hoc consecrate sunt vel i ore vel in lingua proferente verba consecrationis q̄ in intellectu. vt sic virtus que ponitur in verbis et virtus ministri que dicitur character simul vni- te concurrunt ad effectū sacramenti. ¶ 2^o. arguit. quia dispositio et forma ad quam dispositio debent esse in eodē subiecto. sed fm te character ē dispositio quedā ad grā. ergo debet esse in vno subiecto cum grā et non in alio. ad hoc dicunt q̄ daz q̄ duplex est dispositio. vna que disponit subiectum in cōparatione ad vltiorem actum siue ille actus sit forma siue operatio: et talis dispositio est in eodem subiecto cum actu ad quē disponit. character autē non est talis dispositio ad gratiam. alia est dispositio cōgruitatis. sicut si diceretur homo prudens dispositus est dispositione q̄dam congruitatis q̄ cōmitatur sibi regimē alioz et sic est vt dicūt de characterē. quia cū per characterem efficiat aliquis dispensator sacramentorum: congruū est q̄ sibi detur gratia sine qua non posset ea bene et digne ministrare. et talis dispositio non oportet q̄ sit in eodem subiecto cum eo ad quod disponit. Sed hoc non valet propter duo. primū est quia dictū eorum et exēplū p eos adductum magis est ad oppositū q̄ ad propositum. congruū enim est q̄ digno detur potestas. et quia per prudentiam efficitur aliquis disposit⁹ et dignus ad regendū alios: ideo prudentia est dispositio cōgruitatis ad regimē aliorum. qui vero non est prudēs expectare debet q̄ efficiatur prudens vel bonus. cui ergo character sit potestas administrandi sacramēta et grā sit aliquid p quod digne administrantur: rationabile esset dicere q̄ gratia esset dispositio congruitatis ad characterem sicut prudentia vel virtus est dispositio congruitatis ad habendū regimē aliorum et nō ecōuerso. s. q̄ character sit dispositio cōgruitatis ad gratiam. sicut non est dicendum q̄ potestas vel auctoritas regendū sit dispositio ad prudentiaz. Secunduz est q̄ isti vident⁹ diuertere a dicto suo de causalitate sacramentorum. dicunt enī q̄ virtus quā ponunt esse in sacramētis attingit instrumentaliter ad pductionē characteris et hoc attingit dispositiue ad gratiā. sicut virtus que est in semine hominis attingit instrumentaliter ad aliquam dispositionē corporis: et per consequens

attingit dispositiue ad formam fiendam in eodē subiecto. igitur character vel quecūq̄ dispositio quam faciūt sacramēta instrumentaliter in anima si sunt dispositiones ad grā causandas: sunt in eodem subiecto aliter non valet eoz similitudo seu comparatio. ¶ 3^o. arguit sic. sicut numus sortitur rationem precij et merlus rationem signi ex humana institutione: sic res naturales sortuntur rationem sacramēti et homo rationē ministri ex diuina institutione. sed numus efficitur precij et merlus signū per solā relationem rationis humane sic instituentis. ergo res sacramentales sortuntur rationem sacramēti et homo rationē ministri per solā relationē rationis diuine sic instituentis. cū ergo character sit aliquid quo homo efficitur minister sacramētoz vel susceptiuus eoz: patet q̄ character non est nisi relatio rationis ex ordine vel pactione diuina. ¶ 4^o. quia cū scriptum sit Ecclē. 24. qui elucidāt me vitā eternaz habebunt: ad ea q̄ sunt fidei cū sint satis obscura de se: non est conueniens adducere vias obscuras et que plus habent obscuritatis et difficultatis q̄ propositum principale. sic autem est d̄ virtute que ponitur in sacramētis et de characterē qui ponitur in ministro. dicere autem q̄ res naturales habent rationem sacramēti et homo rationem ministri ex sola institutione et ordine dei q̄ solus dat gratiam et omnem effectū spirituale quem recipit suscipiens sacramēta: nihil difficultatis continet apud fideles. ergo et cetera. ¶ 5^o. quia beatus Dionysius a quo prima traditio characteris apud nos aduenit: videtur idem sentire cum eo quod dictum est d̄ characterē. recitat enī quendam ritum qui observabatur in primitiua ecclesia quando adulti baptizabantur. tunc enī accedenti ad baptismuz: hierarcha. i. pōtifex manum imponebat et signabat eum signo crucis et precipiebat eum ascribi inter nomina christiano- rum vt de cetero cum alijs admitteretur ad diuina. et iste ritus exterior cum baptismo erat characterizatio sua. nec de alio characterē locutus est Dionysius. hec Durandus in forma. ¶ Contra quartam conclusionem arguit Scot⁹ probando q̄ baptismus non imprimat aliquam formam q̄ dicatur character. ¶ Primo quia sicut sequēdo rationem naturalem non sunt ponēda plura quorum necessitas non apparet ex notis fm rationē naturalem: ita de creditis vel de sacramētis nō sunt ponēda plura quoz necessitas nō apparet fm fidē. sed necessitas talis forme impōsse nō apparet etiā fm ea q̄ credita sunt d̄ baptismo. ergo et c. minor. pbat. qz nec scriptura sacra illd̄ expmit

esse necessarium in baptismo nec sancti explicite nec sequit̃ euidenter ex veritate baptismi credita. quia tota veritas baptismi consistit in sacramento visibili et in effectu invisibili. et effectū invisibile Augu⁹ cōmunit̃ vocat ubiq; gratiā ubi illū specificat. Hic respōdet q̃ sancti satis tradūt de characterē fm̃ illum modū quo loquimur vt patet d̃ Dionisio et de Damasceno. sed iste auctoritates videntur esse vocales et nō ad intentionē sanctorum. sicut enī respiciendo translationem et expositionem vercellensis capituli secundi ecclesiastice hierarchie in parte sexta in libro quem vidi sunt ista verba que allegant̃ vt dicit fm̃ istā translationē. in sursum actū diuina beatitudo ad sui ipsius participationē recipit et de proprio lumine sicut quodā signo ipsi tradit diuinū faciēs et cōmunicatorē in deo manentiū. et sequit̃ ibidem. sanctus signus a hierarcha accedēti data assignatio. ubi adducit̃ aliqui de alia translatione talia verba q̃ venienti ad baptismū donatur a summo sacerdote sacri signaculū. Similiter de Damasceno libro. 4.º. caplo p̃ sic adducit̃ q̃ p̃ baptismum dat̃ nobis regeneratio et sigillū per sigillū intelligitur fm̃ eos character. ibidē etiam dicitur q̃ illud est sigillū. *Q* autē iste auctoritates non adducit̃ur ad intentionē doctorū patet d̃ prima quia sic continet planū littere et vercellensis exponit in p̃ma parte caplo. 6.º. secundo declarat de quodāz preambulo ad baptismū fm̃ ritū grecoꝝ. in primitiua enim ecclesia baptizandus p̃mo in ecclesia inducebatur: cui hierarcha manū capiti imponens signabat eum p̃cipiens sacerdotib⁹ q̃ tam ipsum q̃ eius susceptionem describant. illud autē fiebat lōge ante baptizatiōē sicut apparet ex processu littere ibi qz de actu baptizandi determinat̃ parte illa sub littera. p. vnde vel textus ille Dionisij fm̃ intētiōē illi⁹ vercellensis trūcate adducit̃. p̃missio enī de pprio lumine sicut quodā signo ipsi tradit et cōmunicationē in deo manentiū. et tū de istis subdit quoz est sanctū signū a hierarcha accedēti data signatio et sacri salutaris descriptio. q̃rum inq; red de singula singulis. s. illuminationis tradite sc̃tū signū et a hierarcha data signatio. s. impositio manū in capite q̃ sit cōmunicator diuinoꝝ signū ē sacerdotū salutaris descriptio q̃. s. describūt eū et eius susceptionē tanq; in cōmunionē xp̃ianoꝝ receptū. illa autē impositio manū et descriptio fiebat lōge ante baptizatiōem. ergo nullo modo illa hic dicta possunt intelligi de aliquo signo imp̃sso in baptismo. quare et c̃. Similiter auctoritas Damasceni valde inepte adducitur. qz pars vni⁹ orationis adiungit̃ cuz pte

alterius sequētis pretermissa sentētia cōcipiēda cū pte precedente. iacet enī sic littera in Damas. per baptismū primitiua sp̃s sancti assumit̃ et est ibi versus. et sequit̃ alius versus et principiū alterius vite fit in nobis regeneratio et tunc sequitur statim custodia et sigillū et illuminatio. ergo nullo modo vult ipse dicere q̃ p baptismū fit in nobis sigillū: sed q̃ p baptismū sumit̃ primitiua sp̃s sancti in primo versu. et in alia clausula q̃ regē ratio est p̃ncipiū vite et sigillū et c̃. ergo ex illa auctoritate non pōt haberi nisi q̃ baptismū siue regeneratio sit sigillū: non autē q̃ per baptismū fiat in nobis sigillū. Alia autē auctoritas Damasceni nihil valet. nam expresse ibi loquitur de cruce dicens. illa nobis signatio in fronte data est quemadmodum israeli circumcisio. per ipsam enim fideles ab infidelibus distinguuntur. et sequitur de eadem cruce. illa scutum est arma et trophēus aduersus diabolum. illud est sigillum vt non appropinquet nobis vastator. non plus dicere vult nisi q̃ impressum est nobis sigillum contra inimicū et cōstat hoc non esse ad propositum. *C* 2.º. p̃ncipaliter arguit. qz Augustin⁹ qui tantū tractat de intentione baptismi vt pote in libro sexto de baptismo cōtra donatistas: et in vno volumine de baptismo paruuloꝝ: et in tertio volumine d̃ vnicō baptismo: et cū hoc multa sup̃ Joā. et in aliquibus caplis libri de fide ad petrū: non tacisset de characterē si ipse fuisset immediatus et necessarius effect⁹ baptismi. Et si dicas q̃ non negat: dico q̃ ad propositum sufficit q̃ non affirmet. qz tate inuestigationis supponitur q̃ si character fuisset res proxima baptismi: alicubi expressisset. nūc autem in baptismo nō distinguit nisi sacramētū hoc est aliquid visibile: et rem sacramenti. s. gratiam. nec vnq; dicit sc̃tū recipere rem sacramenti. nec vnq; initerabilitatē baptismi ostendit per talem characterē impressum. *C* Confirmatur. quia de consecratione disti. 4.º. colligunt̃ auctoritates sanctorū de baptismo. nec videt̃ verissimile q̃ nullus eorū locutus esset de characterē si ipse fuisset necessarius effect⁹ baptismi. et quod videtur magni ponderis magister sententiarū nunq; de illo characterē fm̃ illam intētiōē locutus est: cum tamē ipse diligēter auctoritates sanctorū de materijs quas tractat copilauerit. *C* 3.º quia nihil frustra ponendū est in operibus dei qz deus et natura nihil faciūt frustra. sed character fm̃ illū intellectū positus frustra ponitur. quod probat̃ dupliciter. primo comparando ad effectū p̃ncipalem baptismi qui est gratia. secundo ad illos effect⁹ qui attribuunt̃ characteri. s. affimulare

mulare distinguere rē. q̄tum ad primum arguitur sic. si character requiritur ut dispositio ad gratiā: aut ergo ex parte susceptiui aut ex parte agentis. non ex parte susceptiui qz anima non habens actu peccatum est summe disposita ad suscipiendum gratiā. nec ex parte agentis qz agēs est infinite virtutis. Et si dicas q̄ requiritur ut dispositio pmanēs ad effectum inducēdū quādo q̄ posterius tempore qui non statim inducitur ut pote ad hoc q̄ fictus baptizatus postea recipiat effectum baptismi: contra hoc autem arguitur. aut pro illo posteriori quando recipit vltimum effectus baptismi requiritur character ut dispositio ex parte susceptiui: aut ex parte agentis et statratio vt prius. arguitur etiā hic specialiter. quia sine tali signo posset deus assistere baptizato ad causandum effectum baptismi recedente fictione sicut assistit in ipso baptismi si non fuisset prius fictus. **C.** Confirmatur. quia effectus baptismi non datur illi qui ponitur habere characterem nisi peniteat vere. sed per verā penitētiā sine tali forma daretur gratia q̄tum ad alios effectus. probatur propositum qz sine forma inherēte posset baptizatus assimilari baptizato et distingui a non baptizato per hoc q̄ recipit baptismum sicut patet in multis alijs qz professus in aliqua religione assimilatur alteri professo et distinguitur ab altero non professo non per aliā formā sibi inherētem post professionē sed quia talem actus habuit in preterito. Eodē modo de tertio effectū qz ponitur signum configuratiuum christo siue obligatiuum. potest enī aliquis esse obligatus alicui et ita configuratus illi q̄tum ad obligationē configurādi sine omni forma inherēte. sicut ille qui facit homagium obligatur alteri ad fidelitatem seruandam et ita ad quādam configurationem vel confederationem: et professus ex professione tenetur conformari seu configurari prelato suo: et tamē nec faciens homagium nec profitens recipit aliquā formā absolutā que sit signum profitendi. De quarto effectū scilicet q̄ ponitur signum cōmemoratiuum ipsius sacramenti arguitur: qz aut respectu sacramenti ponitur tale signum memoratiuum propter excellentiā sacramēti in se aut propter aliquā habitudinez ad alios qui ex signo cognoscant signatum. non primo modo quia excellentiora sunt fides et charitas q̄ suscepisse baptismum: et tamē illa non habēt aliquod signum memoratiuum postq̄ fuerit. nec secūdo modo: qz vel in comparatione ad deum vel ad proximum. non ad deum qz deus sine om-

ni signo inexistente cognosceret illum suscepisse sacramentum. non ad proximum: quia vel ad baptizatum in gratia ad maiorem gloriā in habēte signum: vel ad dānatum in inferno ad maiorem confusionem habentis tale signum. neutrum est dare quia maior gloria est beato habuisse actus charitatis q̄ suscepisse baptismum: et maior confusio est dānato cecidisse a charitate q̄ a susceptione baptismi: et tamē charitatis seu actus meritorij nullum ponitur signum memoratiuum in beato vel dānato. Specialiter autem arguo de beatitudine. quia si illud signum esset in habente ad excellentiā in gloria: sequitur q̄ solus sacerdos inter omnes christianos posset habere talem excellentiā in gloria quia solus sacerdos habet omnes characteres. sequeretur etiā q̄ christus careret illa excellentiā in gloria quia ipse non est sic baptizatus baptismi christi. nec baptismus Joannis impressit characterem. nec fuit ordinatus ita ut conferretur in ordine sacerdotali: quia non fuit ab aliquo ordinatus par ratione nec confirmatus cōfirmatione sacramē tali. etiā q̄ sancti patres et beata virgo non haberent illā excellentiā in gloria. **C.** 4°. principaliter arguit sic. quia non videtur probabile q̄ alicui qui non tātum est in peccato mortali sed etiā actu peccat mortaliter: deus conferat suus donum. et huiusmodi probatio est quia dei perfecta sunt opera Deutero. 32. et ideo nullū curat quem non perfecte curat. impium enim est a deo dimidiā sperare salutem vel imperfectāz veniā. nullum ergo donum suum dat alicui peccati mortaliter. sed fictus in suscipiendo baptismum peccat mortaliter quia facit irreuerentiāz sacramento. sed deus ex virtute huius actus quo peccat mortaliter: non dat sibi aliquod donum speciale. ergo quia omne donum dei datum homini aut est gratia gratum faciēs vel actualiter vel dispositiue. quod breuius dici potest: qz deus nullum donum dat homini nisi vel propter bonum eius vel propter bonum ecclesie cuiusmodi est donum linguarum vel illa de qua loquitur apostolus. p̄. Corin. 9°. sed talis character nō potest poni nec dici grā gratis data propter bonum ecclesie: quia illud nulli valet in ecclesia nisi tātum habenti. patet quia nullus effectus utilis ecclesie sequitur. sed nec est donum gratum faciēs: quia per istud donum non constituitur persona in aliquo gradu acceptionis respectu dei. nec etiam tale confertur sine gratia et charitate quia deus perfecte sanat. **C.** 6. arguitur ex modo ponendi characterem quia scilicet ponit

indelibilis et hoc sic. nulla forma est anime quã non possit delere deus. quia minus est delere quã creare. saltem non includeret contradictionem formã creatam in anima deleri ab anima. ergo si character sit indelibilis: nulla talis forma est in anima baptizata. **C**onfirmatur istud. quia si character est indelibilis: ergo eadez ratione illa virtus quam ponis in sacramentis est indelibilis quod tu negas. **C.** 7. tu ponis quã circumcisio non imprimebat characterem. contra quia secundum te circumcisio non erat causa gratie nisi quã imprimebat dispositionem ad gratiam. illa autem dispositio videtur character. hec Scotus in forma.



Quantũ ad ter-

tiũ articulum primo notãdũ est prout Sãctus Thomas dicit. 3. p. q. 63. arti. 2. ad. 4. m. quã character quẽtum ad id quod est in se est potentia quedã seu potestas vel principium actuum vel passuum secundum diuersas species characteris. habet tamẽ rationem signi per comparationẽ ad sacramentũ sensibile cuius quo reputatur vt vnum sacramentũ. sacramentũ enim signum est. signum autem vt Augu. dicit in secundo de doctrina christiana speciem ingerit sensibus. quod intelligẽdum est capiẽdo proprie signum. improprie tamẽ et per quãdã similitudinem: omne quod figurat alicui vel distinguit ab alio: dici potest signum etiã si non sit sensibile. et hoc modo character etiã sine respectu ad sacramentũ exterius sensibile: dici potest signum in quẽtum configurat habẽtes christo et distinguit fideles ab infidelibus et ipos etiã fideles secundum rationem ministerij. **C**eteri qui bus inferimus quã nomen characteris rem absolutã significat de principali significato. con significat autem vel magis connotat respectum quẽdã prout dicitur signum. vnde character relatiuum est secundum dici quẽadmodum virtus et scientia. res autẽ absoluta quã principaliter significat est potentia seu potestas supernaturalis collata homini per virtutem sacralẽ. ac per hoc potestas instrumentalis est quẽadmodum et virtus sacramenti a qua depẽdet. huiusmodi autem potestas est qua homo potest vel recipere vel efficere actiones quas dã hierarchicas. character namq; baptismalis est potestas spiritualis collata baptizato in sacramento baptismi per quã efficitur potens suscipere cetera alia sacramenta. sine quã potestate nullum eorum. posset recipere

quã aliquãdo effectus sacramenti habere possit diuina virtute que sacramentis non est alligata. potest enim cathecuminus publice et firmiter et coram persecutore nomen christi confiteri et pro eius confessione supplicia perpeti: qui effectus est sacramenti confirmationis. ipsum tamen sacramentũ confirmationis suscipere non potest. ita vt si episcopus frontem nõdum baptizati christi mate consignaret: nihil esset actum ad ipsius sacramenti receptionem. quod et beatus dionysius expresse dicit. 2. ca. ecclie hierar. quod ddam inquit est principium sanctissimorum in adatorum sacre actionis scilicet sacramentum baptismi ad aliorum diuinorum eloquiorum et sacre actionum susceptiua oportunitatem. et infra. si enim esse diuinitus est diuina generatio: nequaquã aliquãdo quid nouerit deo traditorũ neq; quidẽ opatus sit quã ne subsistere diuinitus habuit.

Secundo Notandum est quã character est potestas seu potentia vt predictum est: consequens est quã sit principium agendi vel patiendi simpliciter nõ determinato modo scilicet vel bene vel male aut facile vel difficile que in admodum habitus. vnde character est quo habens illum potens est vel recipere vel efficere aliquid quod non potest simpliciter characterem non habens. et quidem de characterẽ baptismali et de characterẽ sacerdotali id manifestum est. baptizatus namq; secundum formã ecclesie per potestatem characteris sit potens suscipere alia sacramenta quorum nullum sine baptismali characterẽ posset recipere quẽtum cunctis res et verba aliorum sacramentorum etiã per ministros ecclesie illi applicarentur. item habens characterem sacerdotalem potens est aliquid efficere scilicet cõficere verum corpus domini et absolueret et ligare in foro penitentiẽ. quos actus nullo modo efficere potest non habens characterem sacerdotalem. veruntamen de characterẽ sacramenti confirmationis et aliorum ordinum a sacerdotali: non est ita manifestum quã habentes huiusmodi characteres aliquid efficere possint quod nullo modo possint illos nõ habentes. nam confiteri fidem christi constanter coram persecutore et pro fidei confessione etiã mortem subire quod est effectus sacramenti confirmationis: potest homo nondum confirmatus nec etiã baptizatus sicut cathecuminus prout legitur de quibusdã in legendis sanctorum. deniq; legere epistolã in ecclesia et euãgelium et actus exercere inferiorum ordinũ: videtur posse qui nullum ordinem habet vt mere laicus et aliquãdo me-

lius ac expeditius q̄ ordinat̄. Propter quod sciendum est q̄ necessitas characteris baptismalis et characteris sacerdotalis respectu propriorum effectuum: magis absoluta est q̄ necessitas characteris confirmationis et characteris aliorum ordinum a sacerdotali. nam vt premissum est nō habens characterem baptismalem nullo modo habere potest proprium ipsius characteris effectum qui est susceptibilem esse aliorum sacramentorum. vnde et baptismus ianna dictus est omnium sacramentorum eo q̄ sicut non est aditus ad interiora domus nisi per ianuam: ita ad cetera omnia sacramenta nec ad illorum aliquod: aditus est nisi per baptismum. neq̄ ē instātia de matrimonio quod ante institutionem baptismi fuit et nunc absq̄ baptismo est inter infideles: q̄ tale matrimonium licet sit in officium: non tamē est sacramentum. ¶ Necessitas autem characteris confirmationis et aliorum ordinum a sacerdotali: non est tā absoluta q̄ non habēs istos characteres habere nō possit eorum proprios effectus saltem q̄tum ad substantiam actus. sed est necessitas quodāmodo coartata ad rationem debiti ex officio. q̄uis enim non habens characterem confirmationis possit constāter nomen christi et fidem catholicā etiam corā persecutore confiteri et mortem pro sua confessione sustinere: non tamē id potest ex debito sue professionis et officij. constituitur nāq̄ confirmatus ex ratione characteris confirmationis: debitor et in officio positus fidem christi catholicā etiam cum mortis periculo confiteri constāter non solum pro salute anime sue: sed et pro aliorum fidelium salute quādo necessitas occurrerit illos confortādi et ad fidei confessionem cohortādi. Unde Sanctus Tho. infra. dis. 7. q. 2. ar. p̄. sub. ar. 3. ad. p̄. ad ea inquit que sunt necessitatis: homo admittitur etiā si hoc nō competat ei ex officio. sicut patet q̄ etiam non habēs ordinem in casu necessitatis baptizare potest licite: q̄uis hoc nō competat sibi ex officio. similiter etiā quia confiteri nomen christi vbi confessio exquiritur est necessitatis: ideo etiam non baptizatus hoc competit q̄uis hoc non habeāt ex officio characteris in sacramento confirmationis suscepti. hec ille. Et ad ista facit quod supra scripsit eadez. dis. q. p̄. ar. 2. sub. ar. 2. in cor. ait enim. hoc sacramentum scilicet confirmationis in initium sumpsit ab aduētū spiritus sancti in discipulos. qui q̄uis prius spiritum sanctum habuissent in munere gratie quo perficiebātur ad ea que ad singulas personas eorum pertinebāt: tamen in die p̄

thecostes susceperunt spiritum sanctum in munere gratie quo perficiebātur ad promulgationem fidei in salutē aliorum. et ideo facta est apparitio spiritus sancti in linguis igneis vt verbis essent proflui ad diuulgandam fidem christi: et charitate feruidi aliorum salutē querentes. et propter hoc dicitur actuum. 2. repleti sunt spiritu sc̄to et ceperūt loqui. hec ille. Item eadem. dis. q. 2. ar. p̄. sub. ar. p̄. arguit sic p̄ loco. character est signum distinctiuum. sed pugna spiritualis omnibus indicatur. cum ergo confirmationis sacramentum detur ad roborandum in pugna spirituali: videtur q̄ in ip̄a non fiat aliqua distinctio alicuius ab altero per impressionē characteris. ecce argumētum. sequitur responsio. ad primū dicēdum q̄ pugna spiritualis qua quis pugnat contra impediētes salutem sui ipsius: omnibus indicatur. sed ad hoc non datur sacramētum confirmationis: sed ad persistēdum fortiter in pugna qua quis nomen christi impugnat: et vt inuictus confessor christi permaneat. et huic pugne non omnes exponuntur sed solum confirmati. hec ille. Item sub. ar. 2. ad. 3. ait. q̄uis cuiuslibet baptizati et credentis sit confiteri quādo confessio ab eo expetitur: non tamen est cuiuslibet se libere exponere sed tantum confirmati. et hoc etiam patet in apostolis in quibus hoc sacramētum in initium sumpsit. quia ante aduentum spiritus sancti confirmatis eos erāt clausi fores cenaculi propter metum iudeorum: postea repleti spiritu sancto ceperunt loqui cum fiducia et publice verbum dei predicare. hec ille. Item. ar. 2. sub. ar. 2. arguit sic tertio loco. maior est distinctio virtutum q̄ gratie. sed ad eandem virtutē pertinet credere et confiteri scilicet ad fidem. ergo et multo fortius pertinet ad eandem gratiā. ergo gratia baptismalis que perficit ad credendum: et gratia confirmationis que perficit ad confitendum est eadem gratia. ecce argumentum. ad quod respondet q̄ confiteri vbi ex confessione imminet mortis periculum: non est tantum fidei: sed indiget auxilio alteri virtutis scilicet fortitudinis. et similiter etiam indiget alia gratia sacramentali que remoueat effectum oppositum fortitudini. hec ille. Eadem in sententia cū premissis tenet. 3. p. q. 72. ar. 5. in cor. et ad primum. Et in respōsione ad. 2. sicut inquit baptizatus accipit potestatem spirituales ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem publice fidem christi verbis profiteri quasi ex officio. Et quod dictum est de caractere cō

firmationis q̄ per ipsum accipit homo potestatem vt ex officio et ex officij debito possit exercere aliquos actus ad quos non possit ex debito officij non habens ipsum characterem: est intelligendum de characterē ordinum aliorum a sacerdotali. Unde Sāctus Thomas infra. distin. 2. 4. q. 2. articulo. 2. ad. 9^m. dicendum inquit q̄ habens ordinem ostiarij suscipit potestatem vt ex officio arcere possit aliquos ab introitu ecclesie: quibus etiā et hoc ab alijs fieri possit sed non ex officio. ita est in omnib⁹ actibus minorum ordinum. Unde fm̄ premissa dicere possumus q̄ si accipiamus actus hierarchicos nō solum q̄ ad eorum substantiā sed simul cum hoc prout ex debito officij exerceri debent: character confirmationis et character ordinis etiā q̄ ad ordines inferiores sacerdotio: omnimodaz habent necessitatē ad actus proprios ad quos sunt: ita vt a non habentibus characteres ipsos expleri non possint. **¶** Ex preallegatis verbis Sancti Doctoris videtur posse inferri q̄ nondum confirmatus etiā si baptizatus sit: non peccat mortaliter si pro conseruāda vel roborāda aut etiā promouenda fide christi in alijs hominibus a se non se exponat periculo mortis corā persecutore fidem constāter profitendo et alios ad tenendam fidem cohortādo. probatur hoc. nā idem dictu videtur q̄ aliquis ex officio aut ex officij debito ad aliquid teneatur vel non teneatur: et dicere q̄ si id non fecerit mortaliter peccat vel nō peccat et contra. quoniā nullus peccat mortaliter si non faciat id quod facere ex debito nō tenetur. et quisq̄ mortaliter peccat: est non faciēs id quod facere tenetur ex debito. Cum autem ex preallegatis verbis Sancti Doctoris nullus non confirmatus etiā si baptizatus fuerit teneatur ex debito officij ad fidem christi in alijs a se promouendā vel conseruandā aut defendendā et roborandā: sequitur q̄ si id non faciat non ideo peccat mortaliter.

¶ Tertio Notādum est q̄ tā character q̄ ornat⁹ qui per sacramenta suscipiētib⁹ confertur: ponitur dispositio ad gratiā diuersimodetamen. naz ornat⁹ fm̄ q̄ ex dictis Sācti Doc. colligi potest: est dispositio ad gratiā sicut viā vel motus est dispositio ad terminum et sicut q̄litas est dispositio ad formā velut calor ad formā ignis. sicut enim in naturalibus formā substantialem precedit in materia quedā dispositio qua fit apta ad talem formam qz actus actiuorum sunt in patiēte disposito vt ait philosophus secundo libro de anima

diuina ordinatione per virtutē sacramentis collatā imprimatur suscipiēti sacramentum quedā dispositio supernaturalis ad gratiā suscipiendā que vocatur ornat⁹. et quia huiusmodi dispositio directe et immediate disponit ad gratiā que est subiectiue in essentia anime: consequēs est q̄ ipsa etiā dispositio ornat⁹ sit in essentia anime subiectiue. character vero est dispositio ad gratiā nō sicut qualitas disponens et preparans subiectum ad formā velut quedā ipsius inchoatio: sed est dispositio ad gratiā quasi meritoie et per modum dignificationis. habēs enim characterem qui est potentia qua homo potest in actiones que sunt ministraciones et receptiones sacramentorum et aliorum que ad cultum dei pertinent: eo ipso meretur de congruo et dignus est recipere gratiā gratum facientem quas ipsas actiones bene et idonee possit exercere. sicut si dicamus q̄ habens potētias naturales intellectus et voluntatis: est dispositus ad habit⁹ quibus bene exeq̄tur earum potentiarum operationes. Unde Sāctus Thomas in hac. distin. q. p^a. ar^o. p^o. ad. 5^m. character inquit est dispositio ad gratiā per quādā cōgruitatis dignitatez. ex hoc enim ipso q̄ homo per characterem mācipatus est diuinis actionibus et inter membra christi connumeratus: fit ei quedā congruitas ad gratiā suscipiendā qz deus perfecte in sacris homini prouidet. vnde simul cum characterē q̄ dat homini vt possit exercere spirituales actiones fidelium vel passionēs seu receptiones: datur gratia qua hec bene possit. hec ille. vbi cum dicat simul cum characterē gratiā dari: satis innuit q̄ character nō est dispositio preparās subiectum ad gratiā suscipiendā sed magis per modum consequentie quasi gratiam sibi vendicās ad bene operādum ex diuina ordinatione. Idē in sententia scribit. 3^a. p. q. 63. ar. 4. ad. p^m. character inquit directe quidem et propiue disponit animā ad ea que sunt diuini cultus exequentia. et qz huiusmodi nō fiunt idonee sine auxilio gratie nam vt dicitur Joā. 4^o. eos qui adorant deū: in spiritu et veritate adorare oportet: ideo ex consequenti diuina largitas recipiētib⁹ characterem largitur gratiā per quā digne impleāt ad que deputantur. et ideo characteri magis est attribuēdum subiectum fm̄ rationem actuum ad diuinum cultum pertinētium q̄ fm̄ rationēz grātie. hec ille. vnde qz potentia anime ē immediatum principium operationis non ipsa anime essentia: ideo character non ponitur subiectiue in essentia anime sed in ei⁹ potētia. est enim cha-

acter immediatū pncipiū agendi vel patiendi i. tradēdi vel recipiendi quas dā actiones hierarchicas. Et ex hoc cōsequūtur quedā alie differētie inter characterē et ornatū. qz. s. ornatu cōferitur anime in omnibus sacramētis per actus omnib⁹ rite q̄ sunt de essentia sacramēti: quib⁹ in sacramēto extreme vnctionis nō semphic effectus se quat. put Sāct⁹ Doctor sentire videt infra. dif. 23. q. p^a. ar. 4. sub arti. 2^o. in. cor. et ad. p^m. et de hoc aliquid ibi dicitur. character vero in tribus tātūmodo. s. baptismo confirmatione et ordine. qz enī cōmune est omnibus sacramētis gratiā cōferre nisi impedimētū sit ex parte sacramētuz recipientis: ideo in omnibus ornatu imprimitur disponēs et preparās ad gratie receptionē. character vero quia p se et directe ordinatur ad quāsdā operationes vel receptiones p̄tinētes singulariter ad diuinū cultū constituēs et deputās hominē in quodā gradu ad aliquid sacrū agendū vel recipiendū quod singulariter conuenit in tribus sacramētis enumeratis: ideo character non in omnib⁹ sed in trib⁹ tātūmodo sacramētis imprimitur. Et s̄m p̄missa videtur q̄ in sacramētis in quib⁹ character imprimitur: nihilominus etiā imprimatur ornatu. neqz enī vnum alterū excludit cum sint i diuersis subiectis. neqz vn⁹ horū altero existēte superfluit: eo q̄ nō ad idem sed ad diuersa directe et p̄ncipaliter ordinantur nā ornat⁹ ad actū primū. s. ad esse gratie: character vero ad actū secundū qui est opatio. et q̄qz vterqz dicatur dispositio ad gratiā: verūtamen nō eodē modo s̄z aliter et aliter vt p̄missum est. Alia differētia est quia character est indelebilis sicut et eius fundamētū vel causa. s. sacerdotiuz xpi quod est eternū. ornatu vero est dispositio quedā delebilis quēadmodū et grā sacramentalis ad quā disponit. imo nec manet q̄diu manet grā eo qd̄ sit dispositio ad receptionem grāe sacramentalis nō ad eius conseruationē.

Quarto Notādum ē q̄ characteri tria p̄cipue attribuūtur. s. q̄ est signū distinctiuū: q̄ est signū configuratiuū et q̄ est p̄ncipiū opatiuū actionū ad cultum diuinū p̄tinētiū. et ex horuz quolibet conuincit q̄ character sit in potētia anime intellectiua subiectiue. Ex p̄mo quidē qz p̄ma distinctio in vita christiana ad quā ordinatur character est p̄ fidē que subiectiue est in intellectu. vnde et character p̄mo distinguit fideles ab infidelib⁹ ac p̄ hoc rationabiliter ponitur subiectiue in intellectu. Ex secūdo vero qz cōfiguratio q̄ est p̄ characterē est s̄m imaginē put ex diffinitione characteris ma-

gistrali accipitur. subiectū autē imaginis: mēs est cuius p̄ma et nobilioz potētia est intellectiua. in qua est et memoria et intelligentia que sunt due p̄tes imaginis ex quibus et oritur volūtas. vnde tota imaginis ratio est in intellectiua p̄te sicut i radice. ex quo fit vt qd̄ attribuitur homini ratione imaginis: p̄ncipaliter respiciat partē intellectiua. Idē consimiliter patet ex tertio. nā actiones p̄mo p̄tinētes ad cultū diuinū: sunt actus fidei p̄ quā est p̄mus accessus ad deū s̄m illud Iheroz. 11^o. credere enim oportet accedētē ad deū. fides etiā est q̄ p̄ dilectionez opatur vt apostol⁹ dicit Gal. 5^o. Deniqz cultus diuin⁹ ad cui⁹ actiones character ordinat⁹: est quedam fidei p̄testatio p̄ exteriora signa. rationabiliter igit character ponitur in potētia anime intellectiua q̄ est subm̄ fidei. Neqz obstat q̄ character non ordinat⁹ directe et p̄ncipaliter ad intelligere vel cognoscere s̄z ad suscipiendū vel cōferēdū sacramētuz: qm̄ talis collatio et susceptio p̄supponit intellectū dirigētem et intētionē et opationē eo q̄ homo est instrumētū dei animatū et rationale. vnde nō solū mouet et applicat ad opus a p̄ncipali agēte: sed etiā qz est liberi arbitrij: ipse se mouet et applicat ad illud. cuius mot⁹ p̄ncipiū est intellectus qui dirigit intētionē et opationē suscipiētis vel conferentis sacramētū. vnde character est potentia seu potestas homini imp̄ssa qua se potest applicare ex intētionē p̄p̄a vel aliena sua tū interpretatiue ad recipiendū vel conferēdū sacramēta ecclesie et hierarchicas actiones. qz enī in suscipiēte vel conferēte sacramētū exigitur intētio suscipiēdi vel conferēdi qd̄ tradit ecclesia: intētio autē p̄supponit tāqz sui p̄ncipiū cognitionē et directionē intellectus p̄ quē p̄ponitur voluntati id qd̄ intendit: ideo character qui in suscipiēte vel conferente est spiritualis potētia suscipiēdi vel conferendi sacramētum qd̄ tradit ecclesia cōueniēter ponitur in potētia intellectiua subiectiue tāqz in p̄mo p̄ncipio operis.



Quantum ad q̄r

tum articulum respondēdum ē obiectionibus aduersariorum. Et quidē ad p̄mum Scoti contra p̄mam conclusionē negatur assumptū. et ad eius p̄bationem p̄ diffinitionez characteris dicitur q̄ p̄cedit ex falso supposito. s. q̄ signum q̄stum ad id qd̄ est: sit relatiuum s̄m esse. hoc autem est falsum. qz vt Aug⁹ dicit secūdo libro de doctrina xp̄iana in p̄ncipio: signum p̄ter formā quam ingerit sensibus vel intellectu

facit aliquid in cognitionē venire. ex quo patet
 q̄ signum p̄ter respectum quem importat ad
 signatum: formā absolutā dicit quāz ingerit seu
 imprimi sensibus vel intellectui. vnde signum
 relatiuum est s̄m dicit ac per hoc de principali si-
 gnificato rez absolutā dicit quāz cōnotet respec-
 tum quendā ad signatum. ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄
 minor est falsa neq̄ illā arguēs probat. esse enīz
 potentiaz vel principium agendi vel recipiendi
 quod quiddatiue dicit character: p̄ formā pu-
 re relatiuā saluari non posset: cum relatio non
 sit principium agendi vel patiendi p̄out philo-
 sophus dicit. 5^o. phisicorum. ¶ Ad. 3^m. dicitur q̄
 licet verum sit q̄ nulla relatio nouiter adueniat
 sine nouitate alicuius absoluti: et tamē non est
 op^o illa propositio ad probationē nostre con-
 clusionis. neq̄ Sāc^o Tho. illo fundamento uti-
 tur ad probādum characterem esse rem absolu-
 tā z ideo argumentūz non militat in proposito
 nostro. ¶ Veruntamen ad declarationē dicte pro-
 positionis videndum est quod Sāc^o Tho. no-
 tat secundo libro. dif. p^a. q. p^a. ar. 5^o. in respōsi-
 one ad. 8^m. duplex inquit est relatio. quedā est re-
 latio absoluta sicut in omnibus que sunt ad ali-
 quid s̄m esse vt paternitas z filiatio. et talis re-
 latio non efficitur noua nisi per acquisitionē illi^o
 in quo relatio fundatur. vnde si acquiratur per
 motum: talis relatio sequitur motum. sicut simi-
 litudo vnius ad alterum sequitur alterationem
 in q̄litate supra quā fundatur relatio. si autē acq̄-
 ratur per creationem. sequitur creationem. sicut
 similitudo creature ad deū fundatur super bo-
 nitatem que per creationem acquiritur per quā
 creatura deo assimilatur. quedā autem relatiua
 sunt que simul importāt relationem z fundamē-
 tum relationis. nouitas autem talium relatio-
 num exigit acquisitionem illius rei que signifi-
 catur per nomen: sicut ipsius habitus qui est scien-
 tia. et similiter est de relatione quā importat no-
 men motus que efficitur noua per acquisitionē
 ipsius motus a mouente in mobili. hec ille. Ex
 quib^o accipitur q̄ etiā si nouitas mutationis ex
 parte fundamēti vel ex parte termini non seque-
 retur necessario ad nouitatem relationis: neces-
 se est tamen q̄ sit aliq̄ nouitas saltē ex parte mo-
 tus vel actionis per quā noua relatio acquiri^t.
 ¶ Ad. 4^m. q̄tum ad primā sui partem consimi-
 liter respondetur q̄ non militat contra conclu-
 sionē: cum non probetur a nobis eo fundamē-
 to quod arguens fingit. de quo si ad propositū
 occurrerit alias dicetur latius. Ad illud autē q̄
 arguens dicit relationem signi posse fundari in

alia relatione: respondemus q̄ quicquid sit de
 hoc si possibile est an nō: z tñ relatio signi quod
 est character sacramentalis non fundatur nisi in
 re absoluta p̄out deductum fuit in primo nota-
 bili. eo q̄ character est relatiuum s̄m dicit nō s̄m
 esse. ¶ Item quod arguens dicit de relatione con-
 figurationis vel obligationis non est ad propo-
 situm. nam quāz illud verum reperitur in qui-
 busdā configurationibus z obligationibus: et
 tñ veritatem non habet de configuratione cha-
 racteris sacramentalis qui est potentia z princi-
 pium recipiendi vel tradēdi actiones hierarchi-
 cas que sunt vere res in rerum natura q̄rum p̄n-
 cipiūz esse nō potest relatio rationis. Quod au-
 tem arguens inducit de processu in infinitum in
 relationibus realibus: non est ad propositūz cū
 nostra conclusio tali fundamēto non innitatur.
 ¶ Ad. 5^m. dicitur q̄ assumptum est falsum. quo-
 niā immo est verum quod assumitur in proba-
 tione conclusionis. neq̄ valet eius improba-
 tiō arguens falsum assumit. qz baptizatus aliq̄d
 potest quod nullo modo potest non baptizat^o
 scilicet suscipere cetera ecclesie sacramenta. z ad
 p̄bationē arguentis dicitur q̄ est puerilis: nā vn-
 gi chrismate non est suscipere sacramentum cō-
 firmationis. posset enim brutum animal z lapis
 vngi chrismate: sed non ideo diceretur recipere
 sacramentum confirmationis. nec etiā in homi-
 ne vngi chrismate est recipere sacramentum cō-
 firmationis. z quod plus est: posset quis effectū
 confirmationis recipere sine sacramento bap-
 tismi: z tamen sacramentum confirmationis non
 reciperet. vnde Sāc^o Tho. 3^a. p. q. 72. ar. 6^o.
 ad. 3^m. audientes inquit p̄dicationem Petri ac-
 ceperunt effectum confirmationis miraculose:
 non tamen confirmationis sacramentum. dictū
 est autem q̄ effectus confirmationis potest ali-
 cui conferri ante baptismū: non autem sacramē-
 tū confirmationis. hec ille. Ad illud autē quod
 arguēs obiicit de potestate ministri sacramento-
 rum: dicitur q̄ assumit falsum. nō enim huiusce-
 modi potestas esse posset relatio rationis: qz ta-
 lis non potest esse principium realium actionūz
 qualium minister sacramēti est p̄ncipiūm. ¶ Neq̄
 valet probatio arguentis sumpta ex episcopatu:
 quoniā falsum impōit Sāc^o Thome. nusq̄z
 enim ille dixit episcopatum non esse ordinē s̄m
 q̄ ordo est officium quoddā respectu quarun-
 dā actionum sacrarum. immo contrarium dicit
 infra. dif. 2. q. 3. ar. 2. sub. ar. 2. i. cor. porē. ¶ Ve-
 rum est tamen q̄ negat episcopatum esse ordi-
 nem superadditum sacerdotio: capiendo ordi-

nem fm q̄ est sacramentum . sed hoc proprie et directe est dicere q̄ episcopatus non est sacramentum superadditum sacerdotio . vnde episcopatus vere ordinem dicit ⁊ realem potestatem in sui ratione implicat q̄ episcopus potens est ad aliquas actiones hierarchicas ad q̄s sacerdos non episcopus nullo modo est potens . put Sanct⁹ Doc. expresse dicit loco proxime allegato . Falsum ergo est quod arguens dicit episcopum supra sacerdotem non habere aliquam formam absolutam realem quemadmodum iudex . nam ultra potestatem iurisdictionis quam habet iudex que esse potest ens rationis: habet episcopus potestatem ordinis que esse non potest ens rationis tantummodo . cuius euidentis probatio est qz potestas ordinis semel collata episcopo auferri non potest ab eo etiam a papa conferente: sicut potest auferri potestas iurisdictionis . et ppter hoc non est simile de potestate episcopi ⁊ de potestate iudicis. Ad id autem quod arguens dicit de potestate ordinati ⁊ confirmati: patet responsio ex his que dicta sunt in secundo notabili. Quod autem arguens obiicit de caractere baptismali si ponatur potentia passiva: non valet quonia falsum assumit . nam vt dictum est in hac solutione ⁊ latius in secundo notabili: anima baptizati aliquid potest recipere quod non potest recipere anima non baptizati scilicet characterem ⁊ reliqua sacramenta . vnde arguens fere in omnibus procedit ex falsis . ¶ Ad argumenta Aureoli contra secundam conclusionem ad primam dicitur q̄ minor est falsa . et ad eius probationem dicitur q̄ virtus que est in sacerdote attingit ad terminum a quo faciens ad desitionem panis . ⁊ concedimus q̄ talis dispositio inducitur in fine prolationis verborum . et cum arguens querit vbi est illa actio que agit ad desitionem panis: dicimus q̄ actiue ⁊ ministerialiter est in sacerdote ⁊ in verbis: passive autem est in pane . et cum arguens dicit contra quia panis non est quando est illa actio: dicimus q̄ est falsum . nam si ponatur talis actio in tempore: planum est q̄ in ipsa actione adhuc panis est licet i termino actionis desinat esse panis . si autem actio illa ponatur instantanea: simul est ⁊ actio ⁊ panis desinens esse ⁊ non esse panis . ita q̄ actio illa passive cum sit passiva: posset esse in pane desinente esse . Quod autem arguens ultimo obiicit q̄ actio illa esset . annihilativa: non valet nam assumit falsum . quonia licet existentia corporis christi non sit terminus ad quem directe ⁊ per se actio illa attingat:

est tamen ultimus terminus ad quem disponit desitionem causando . vnde videtur q̄ arguens non satis mentem Sancti Thomae in hac parte acceperit . ¶ Ad 2^m dicitur q̄ procedit ex falsa imaginatione scilicet q̄ nos dicamus q̄ virtus existens in sacerdote ⁊ in sacramento sit diuisibilis habens partem ⁊ partem . hoc autem est falsum . immo dicimus q̄ vna ⁊ eadez virtus est tota in sacramento ⁊ tota in sacerdote sed in neutro totaliter . Unde Sanctus Thomas infra distinctione octaua questione secunda articulo tertio ad nonum respondet ad simile argumentum q̄ quando aliquod opus perficitur pluribus instrumentis: virtus instrumentalis non est complete in vno sed incomplete in vtroqz . sicut manu ⁊ penna scribitur . ⁊ similiter contingit in proposito quia virtus instrumentalis ad faciendam predictam conuersionem: non tantum est in verbo vel in sacerdote sed in vtroqz incomplete qz nec sacerdos sine verbo nec verbum sine sacerdote cōficere potest . hec ille . Simile dicit tertia parte questione sexagesima secunda articulo quarto ad quartum . Et cum arguens querit quare ponitur duplex talis virtus vna imanens ⁊ alia transiens: respondemus q̄ quia christus sacramentorum institutor sic ordinauit propter nobilitatem sacramenti . Et cum arguens obiicit q̄ nobilitas non prouenit ex aliquo inherente: dicitur q̄ est falsum et non satis docte dictum . qz immo perfectio ⁊ nobilitas rei magis accipitur ex his que sibi insunt . Neqz verum est quod in exemplum adducit de medicina . nam nobilior est medicina que a tota specie efficaciam habet sanitatem causandi: q̄ alia que ad id virtutem non haberet a tota specie . vt enim deductum fuit in questione precedente perfectio et nobilitas rei non solum accipitur ex ordine ad finem vel effectum: sed ex propria specie ⁊ ex modo . Cum autem arguens querit quare virtus que ponitur in anima scilicet ministri est immanens ⁊ non sufficit transiens: respondet Sanctus Thomas loco proxime allegato q̄ quia sacerdos est similior principali agenti q̄ verbum quia gerit eius figuram: ideo simpliciter loquedo sua virtus instrumentalis est maior ⁊ dignior . vnde etiam permanet et ad multos huiusmodi effectus se habet . virtus autem verbi transit cum verbo ⁊ ad semel tantum est . ¶ Ad 3^m dicitur q̄ virtus que est in verbis et in anima ministri potest dici eisdem rationis ex eo q̄ ad eundem effectum ordinatur . ⁊ potest dici alterius rationis eo q̄ perfe-

ctiori modo est in ministro quā in sacramēto. unde et a ministro deriuatur quodam modo ad sacramentum. Ut enim Sanctus Thomas dicit tertia parte questione sexagesima secunda articulo quarto ad tertium: sicut virtus instrumentalis proprie loquendo acquiritur instrumento ex hoc ipso quod mouetur ab agente principali ita et sacramentum consequitur spiritualem virtutem ex benedictione christi et applicatione ministri ad usum. hec ille. Et cum arguens contra obijcit quod altera poterit tantum intendi quod sufficeret sine alia: respondem⁹ sicut ibi responsum est. et cum arguens obijcit quod sic dicendo venimus ad pactum concedimus. neque enim quia nos ponimus virtutem instrumentalem in sacramentis: negamus quod efficacia sacramentorum sit ex diuino pacto. immo dicimus quod ex diuina ordinatione et institutione et si libeat dicere ex diuina pactione est in sacramentis noue legis et virtus et efficacia. et certe puerilis est talis obiectio.

Ad. 4^m. dicitur quod assumptus est falsum. et ad eius probationem dicimus quod potentia exequens non solum est corporalis: sed erigitur supernaturalis. non vt facilius modo eliciatur operatio: sed vt ex debito officij eliciatur. et de hoc latius dici habet infra distinctione vigesima quarta. Quod autem arguens vltimo dicit probatum esse quod nulla est dispositio in baptismo et cetera: dicimus quod est falsum. immo contrarium per nos est probatum. Ad. 5^m. dicitur quod quibus maior propositio haberet aliquid probabilitatis et potentia corruptiua: nullam tamen habet de potentia passiuā perfectiua qualis est potentia susceptiua in sacramento baptismi. Ad. 6^m. dicitur quod capiēdo speciem et similitudinem pro potentia agendi vel recipiendi deriuata a potestate christi secundum quam anima nostra illi conformatur et configuratur: concedimus totum argumentum quod non aliud concludit ex longo suo processu vt arguens ipse colligit nisi quod character est species et imago christi et signum distinctiuum familie christi quod nos non negamus. Unde Sanctus Thomas tertia parte questione sexagesima tertia articulo tertio in corpore. totus inquit ritus christiane religionis deriuatur a sacerdotio christi. et ideo manifestum est quod character sacramentalis specialiter est character christi cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres qui nihil aliud sunt quam quedam participationes sacerdotij christi ab ipso christo deriuatae. hec ille. Et in responsione ad

secundum dicit. sicut milites qui deputantur ad pugnam insigniuntur signo ducis qui quodam modo ei configurantur: ita illi qui deputantur ad cultum christianum cuius auctor est christus characterem accipiunt quo christo configurantur. Ad ea que durandus adducit contra eandem conclusionem dicitur quod procedunt ex falso supposito scilicet quod nos ponamus omnem characterem esse potentiam actiuam. hoc certe falsum est. immo ponimus quod character baptismi sit potentia receptiua non actiua. baptizatus enim per characterem quem recipit potens est recipere cetera sacramenta. neque est necesse quod si virtus que est in sacramentis sit aliquo modo actiua: quod ideo character sit potentia actiua: cum non ordinetur directe et per se ad idem. Ad id autem quod arguens obijcit de characterē ordinis quod sit virtus transiens sicut et virtus que est in sacramento: patet responsio ex solutione supra posita ad secundum Aureoli contra secundam conclusionem. Ad confirmationem dicitur quod procedit ex premissis falso supposito scilicet quod nos ponamus characterem baptismi esse potentiam ad conferendum baptismum vel ad aliquod agendum. hoc autem est falsum vt sepe dictum est. Neque iterum oportet quod character aut virtus que est in ministro et virtus que est in sacramentis: sibi inuicem in omnibus correspondant et presertim in proposito arguentis. quia sacramentum baptismi non habet ministrum proprium ad agendum simpliciter quibus bene ad agendum ex officio. Ad id autem quod arguens subiungit volens probare quod nulla virtus vel potentia sit in ministro vel in suscipiente sacramentum quod sit principium operationis spiritualis: dicimus falsum esse quod gratia sit per quam homo viuit quocumque modo spiritualiter. licet enim vita perfecta hominis et meritoria glorie eterne sit per gratiam: et tamen quedam vita spiritualis est per fidem etiam absque gratia. vel potius per sacramentum fidei quod est baptismus per quem regeneramur in vita et esse spirituali et respectu huius vite tanquam principij essendi: character dicit potentiam operandi actiue vel passiue et non respectu vite perfecte que est per gratiam. hijs consonat quod S. Tho. respondet in hac. dist. q. p^a. ar. primo sub ar. p^{mo} ad p^m. et ar. 2^o. sub ar. p^{mo}. ad. 3^m. unde et manente vita regenerata per baptismum manet character. Ad argumeta Scoti contra tertiam conclusionem ad primum dicitur primo quod maior non est vniuersaliter vera. nam actus li-

beri arbitrii qui sunt in potentia anime subiective et vsus membrorum in obsequium christi exhibitum qui in corpore sunt subiective: sunt dispositio ad gratie receptionem que est in essentia anime et est illis prior. Dicitur secundo q̄ sicut de ductum fuit in tertio notabili: character non est dispositio ad gratiam sicut ad eam preparans quasi quedam ipsius inchoatio de qua dispositione posset verificari propositio arguentis. sed est dispositio ad gratiam per modum consequentie et per quandam congruitatis dignitatem. et talis dispositio nihil refert q̄ ponatur in prioribus vel posterioribus susceptivo eius ad quod disponit.

¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ ratio Sancti Doctoris false allegatur ab arguente. non enim Sanctus Doctor sic argumentatur vt arguens refert. sed argumentatur sic in hac distinctione questione prima articulo tertio sub articulo primo in corpore. Et tertia parte questione sexagesima tertia articulo quarto ad secundum. sicut gratia que est spiritalis vite principium est in essentia anime sicut in subiecto: ita et character qui est spiritalis potentia est sicut in subiecto in naturali potentia anime. Unde non ideo Sanctus Thomas ponit characterem in potentia anime quia est dispositio ad gratiam vt arguens falso illi imponit. sed quia character est potentia spiritalis: ideo proportionabiliter debet esse subiective in potentia anime naturali. sicut gratia que est vita spiritalis est subiective in essentia anime que est vita hominis naturalis. patet ergo q̄ argumentum fundatur super falso. Quod autem ulterius obicit de habitu supernaturali: non valet. quia subiectum habitus non est habitus sed potentia: siue habitus sit naturalis siue supernaturalis. potentie autem naturali convenit esse subiectum potentie supernaturalis. ¶ Ad. 3^m. dicitur q̄ argumentum non militat contra nos. non enim aliud concludit q̄ q̄ potentia naturalis prius inest anime q̄ gratia cum potentia sit perfectio anime intrinseca. hoc autem nos non negamus. et certe arguens inepte procedit. nam cum ex premissis non aliud habeatur nisi q̄ potentia naturalis prius inest rei q̄ potentia supernaturalis: concludit inde q̄ prius naturaliter inest anime potentia q̄ gratia quasi gratia fuerit potentia anime quod est falsum. ¶ Ad. 4^m. dicitur q̄ si in maiori propositione coniungibilis deo intelligatur tanq̄ obiecto: maior est falsa. neq̄ illud dicit Augustinus. si autem intelligatur de coniunctione sicut principium spiritalis vite: vera est sed non militat

contra nos. nam isto modo anima non est coniungibilis deo per potentiam sed per essentiam scilicet gratie. ¶ Ad. 5^m. dicitur q̄ intellectus est prior voluntate non solum prioritate originis sed etiam perfectionis prout Sanctus Thomas deducit prima parte questione octogesima secunda articulo tertio. et ad huius probationem negatur assumptum. non enim intellectus ordinatur ad voluntatem sicut ad finem. immo se habet ad illam sicut motuum ad mobile. bonum enim intellectum movet voluntatem. ¶ Ad. 6^m. dicitur q̄ non militat contra Sanctum Thomam qui nusq̄ ponit characterem esse fundamentum obligationis anime ad deum in quo fundatur hec argumentatio. ¶ Ad argumenta Durandi contra eandem conclusionem ad primum patet responsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ responsio ibi posita bona est et est fm mentem Sancti Thome vbi allegatum est in tertio notabili: q̄ ipse non vtatur exemplo arguentis. et ad huius responsionis improbationem: dicitur ad primam q̄ potentia et habitus ad invicem possunt dici dispositiones aliter tamen et aliter. nam potentia dicitur dispositio ad recipiendum habitum sicut actum primum per modum cuiusdam dignificationis et quasi meriti de congruo. habens enim potentiam ad aliquid agendum: dignus est vt recipiat habitum quo bene et convenienter operetur. habitus autem est dispositio potentie non quasi disponens ad illam recipiendam vel acquirendam sed sicut potentiam disponens ad rectam et convenientem ipsius operationem. character vero est dispositio ad gratiam primo modo. gratia autem est dispositio characteris secundo modo. et vterq̄ modus tangitur in verbis Sancti Thome supra allegatis in tertio notabili. vnde cum dicit characterem esse dispositionem ad gratiam: est dictum ad eius propositum fm primum modum dispositionis. et cum dicit gratiam esse dispositionem ad rectam operationem characteris: est etiam dictum ad eius propositum q̄ ad modum secundum. vnde neutrum dictum est ad eius oppositum sane intellectum. arguens autem non advertit in sua argumentatione nisi ad secundum modum dispositionis. et ideo argumentatio sua est insufficientis. Ad secundam probationem responsionis dicitur q̄ assumit falsum cum dicit S. Tho. divertere a dicto suo de causalitate sacramentorum. neq̄ valet eius probatio. nam consequentia est neganda qua infert q̄ dispositio

debeat esse necessario in eodem subiecto cum eo ad quod disponit. hoc enim non est necesse pro- ut Sanctus Thomas respondet ad simile argu- mentum in hac distinctione questione prima ar- ticulo tertio sub articulo primo ad primum: nisi quando dispositio postea fit perfectio ad quam disponebat. non autem hoc oportet quando dis- positio et perfectio ad quam est differunt per es- sentiaz sed possunt esse in diuersis subiectis. et p- cipue quando illa diuersa habent ordinem ad in- uicem: sicut operatio sensibilis est dispositio ad intelligibilem operationem: et similiter chara- cter est dispositio ad gratiam. In tertia uero pte aliter respondet questione. 63. articulo. 4. ad p- mum. q. character directe et propinque non dis- ponit ad gratiam sed ad exequendas operatio- nes pertinentes ad diuinum cultum. et quia hu- iuscemodi operationes idonee non fiunt sine au- xilio gratie: ideo ex consequenti character dici- tur disponere ad gratiam. dispositio autem ma- gis debet poni in eo subiecto in quo est id ad qd disponit directe et propinque: qm in subiecto i quo est id ad quod disponit ex consequenti et remote. ac per hoc character magis debet poni sicut in subiecto in potentia anime cuius sunt opera- tiones hierarchice ad quas directe et de propin- quo disponit: qm in essentia anime i qua subiecti- ue est gratia ad quam disponit ex consequenti non per se et directe. ¶ Ad. 3^m. dicitur q. similitu- do non ualet. nam institutio humana non est ta- te efficacie q. possit formas reales influere vel cau- sare in illis vel personis vel rebus circa quas est. et ita ex pactione humana vel institutione: non sequitur nisi ordo et relatio rationis. sed institu- tio diuina est causa rerum et habet efficaciam su- per reales formas naturales et supernaturales rerum. unde ex diuina institutione et pactione sa- cramentorum causatur et in sacramentis et i mi- nistris aliquid reale et absolutum per quod exe- quantur actiones et ministeria sacramentorum. ¶ Ad. 4^m. dicitur q. sacra scriptura et ea que fi- dei sunt: non uere elucidantur falsis sensibus et expositionibus aut confictis adinventionibus: sed testimonijs christi et apostolorum et ueris doctrinis ac expositionibus sanctorum doctoru quibus recte intelligentibus plane constat q. in sacramentis noue legis sit uirtus aliqua superna- turalis causatiua effectus quem figurant. Et cer- te mirabile est q. arguens ad probandam uerita- tem fidei et sacramentorum: recurrat ad ea que magis facilia sunt et magis in cortice probabilia

cum dicat philosophus multa falsa probabili- ra esse quibusdam ueris. Ipse etiam arguens si- bi contradicit tenens oppositum eius quod nunc assumit infra distinctione vndecima articulo pri- mo ad primum in oppositum dicens q. in his que sunt fidei non est semper eligendum illud ad qd sequuntur pauciores difficultates. sicut enim pone- remus in diuinis vnum suppositum et illud abso- lutum: ad quam positionem nulla difficultas se- quitur fm humanam rationem. sed est ponen- dum magis illud quod est consonum dictis san- ctozum et traditioni ecclesiastice: licet plures di- ficultates occurrant. oportet enim intellectum nostrum captiuare in obsequium fidei. hec Du- randus. ¶ Ad. 5^m. dicitur falsum esse q. beatus Dionisius non fuerit locutus de alio characterē baptizatorum q. de illo extrinseco quem argues comemorat tunc fieri per manus impositionem pontificis cum signo crucis et per descriptionem nominum baptizatorum. et de hoc magis dicit in responsione ad argumenta Scoti contra q. tam conclusionem. ¶ Ad argumenta Scoti co- tra quartam conclusionem ad primum dicitur q. mino: est falsa cum sua probatione. nam eccle- sia catholica et sancti satis explicite locuti sunt de effectu inuisibili sacramentorum qui est cha- racter. Unde in capitulo maiores b. baptismo et eius effectu ex determinatione ecclesie per Ale- xandrum tertium expressa mentio fit de chara- ctere anime impresso: presertim ex vltima parti- cula ubi dicitur: tunc ergo characterem sacramen- talis imprimit operatio: cum obicem volunta- tis contrarie non inuenit obfistentem. Augusti- nus quoq. libro sexto de baptismo contra dona- tistas capitulo primo sic ait. habere et dare et ac- cipere baptismi sacramentum: satis eluxit pasto- ribus ecclesie catholice toto orbe diffuse p. quos postea plenarij concilij auctoritate: originalis co- suetudo firmata est et ouem que foris errabat et dominicum characterem a fallacibus depreda- toribus suis acceperat: uenientem ad christiane unitatis salutem: ab errore corrigi a captiuitate liberari a vulnere sanari: characterem tamen do- minicum in ea cognosci pot. q. improbari. Idē in epistola ad donatum presbyterum. vos inqt oues christi estis: characterem dominicum por- tatis in sacramento quod accepistis. Idem in epistola ad vicentiu donatista. q. re ergo me inqt nō baptizas ut abluas me a pctis: rideo q. non facio iniuria characteri impatoris cum errorem corrigo desertoris. Idem in epistola ad bonifa-

cium comitē ait. si apud fugitios et predones ser-
 uos secunditate multiplicentur: plus habet iuris
 q̄ in eis dominicus character agnoscitur qui in
 eis quos suscepimus nec tamen rebaptizamus
 minime violatur. sicut enim error corrigendus est
 omnis: ut non in ea corumpatur signaculum re-
 demptoris. neq̄ enim si quisq̄ regio caractere
 assignato deserto signetur et accipiat indulgen-
 tiam atq̄ ille redeat ad militiam ille autem esse
 in militia in qua nondum erat incipiat: in aliquo
 eorum character ille rescinditur? an non potius
 in ambobus agnoscitur et honore debito q̄m re-
 gi? est approbatur. unde responsio ab arguente
 recitata q̄ sancti satis tradunt de caractere: bo-
 na est sicut patuit de Augustino et idem patet de
 Dionisio et Damasceno. et ad huius responsio-
 nis improbationem dicimus falsum esse q̄ aucto-
 ritates Dionisij et Damasceni non adducantur
 ad eorum intentionem. Necq̄ valet eius proba-
 tio. primo circa auctoritates Dionisij. nam argu-
 ens dicta Dionisij male intelligens: duo signa v̄l
 signacula confundit in vnum. Ad cuius intelle-
 ctum sciendum est q̄ beatus Dionisius in secun-
 do capitulo ecclesiastice hierarchie ponit ritum
 baptizandi qui fuerat in primitiua ecclesia premi-
 tens quedam preambula ad actum baptizatio-
 nis inter que ponit quandam consignationē cru-
 cis a hierarcha baptizando imposita: et descrip-
 tionis signuz quo a sacerdotibus describebatur
 baptizandus in numero christianorum. postea ve-
 ro quasi in fine circa ipsum actum baptismi dicit.
 ter quidem ipsum sumus sacerdos baptizat tri-
 bus perficiendi dimersionibus et emersionibus
 trinam diuine beatitudinis inuocans substantiā.
 In tertio vero capitulo quod incipit fm tradu-
 ctionem vercellensis. hec quidem est q̄^m in sym-
 bolis cuius titulus est theoria: explicat significa-
 tionem ritus predicti. unde dicit parum post pn-
 cipium. nos autem ascensionibus sacris imperfe-
 ctorum principia respicientes et ea diuinitus eru-
 diti cognoscemus quorum sunt characterū efigi-
 es et quorum sunt inuisibilium imagines. sunt enī
 vt in ea que est de inuisibilibus et sensibilibus a-
 ctione aperte disputandum quedam quidez sen-
 sibiliter sacra inuisibilium imagines et in ea ma-
 nuductio et via. In hoc enim capitulo expressaz
 mentionez facit de signo interiori characteris cū
 dicit. eum vero. s. baptizatum ascendentem. s. a
 fonte baptismatis diuina beatitudo in suam par-
 ticipationez recipit et proprio lumine tanq̄ quo-
 dam ipsi signo tradit: diuinum perficiens et com-
 municantem diuinorum partis et sacre ordinatio-

nis. hec Dionisius. Id autem signum de quo hic
 loquitur est character quem vocat lumen parti-
 cipatum. s. in mente a diuina beatitudine p̄ quez
 baptizatus vt dicit perficitur diuinus idest dei-
 formis et cōmunicatiuus diuinorum. s. sacramē-
 torum et eorum que pertinent ad sacram ordi-
 nationem. Quod autem postea subiungit dicens
 quorum est symbolum sacrum a sumo sacerdote
 aduenienti donatum signaculum et sacerdotum
 salutaris descriptio in saluatis eum cōnumerās:
 tangit aliud signaculum exterius de quo mētio-
 nem fecerat in precedenti capitulo quod est sig-
 nuz interioris signaculi. s. characteris supradicti.
 Unde alia translatio sic habet. hoc autem signifi-
 cat id signū quod decedenti pontifex primo lar-
 gitur: salutarisq̄ illa descriptio sacerdotum per
 quam ille saluandis inseritur. vbi aperte dicit sig-
 num quod primo tradit pontifex baptizādo: eē
 signuz alterius signi quod illi tradit diuina beati-
 tudo. Unde et de duobus signis infra Dionisij
 cōmemorat cum dicit. vides autem horum dili-
 gētes imagines in hierarchice perficiendis idest
 baptizandis. vbi alia translatio sic habet. cernis
 nempe harum rerum diligentes imagines in his
 que pontificali gerunt officio. patet igitur ex ver-
 bis beati Dionisij allegatis q̄ preter signaculum
 exterius quo baptizatus a pontifice signo crucis
 consignatur et ei^o mandato a sacerdotib^o in nu-
 mero fidelium conscribitur de quo procedit ratio
 arguentis: est et aliud signaculum interius a deo
 mentibus baptizatorum impressus quod nos cū
 sanctis vocamus characterem. Auctoritatē etiā
 Damasceni arguens volens ad sensum suum ex-
 torquere: corrumpit sententiam male punctuā-
 do et sententias adinvicem colligatas seorsum
 disiungendo contra apertuz sensum littere. licet
 enim due particule in versu illo designari possint
 vt arguens dicit: vnam tamen integram senten-
 tiam componunt in qua ex baptismatis virtute
 et causalitate effectus ibi notati consequi referū-
 tur. iacet enim sic littera. igitur nunc quidem per
 baptismi primitias sancti spiritus accipimus et
 principium alterius vite fit nobis regeneratio et
 sigillum et custodia et alleuiatio. vbi tres ipsos ef-
 fectus de notat prepositio per quam ipse arguens
 pro sensu suo impudenter et proterue a secunda
 particula verus subtrahit: apponēs illam prime
 particule tantūmodo: cum tamē satis constet ex
 serie littere q̄ causalitas baptismi ad omnes ef-
 fectus sequentes deriuetur. Quod autē arguens dī-
 cit de secūda auctoritate Damasceni admittim^o

neq; illam auctoritatem ad propositum nostrū adducit Sanctus Thomas. Ad. 2^m. dicitur q; supponit falsum. nam vt premissum est in precedente responsione ad primum Augustin⁹ expressam fecit de caractere baptismi mentionez. Ad confirmationem dicitur q; falsum supponit qm̄ in ea ipsa distinctione capitulo. quomodo exaudit deus homicidaz versus medium: expressa mentio fit de caractere vbi dicitur. satis ecclesie catholice pastoribus eluxit ⁊ ouem que foris errabat et dominicum characterem foris accipiebat: venientem ad christiane vnitatis salutem ab errore corrigi characterem tamen dominicum in ea cognosci potius q̄ improbari. Magister etiam sententiarum nomen characteris expressit infra distinctione. 6^a. capitulo p̄mo. Si vt aliqui dicunt characterem ibi accepit non in significatione nostra sed pro forma baptismi: dicimus q; cum ex multorum sanctorum auctoritatibus habeamus rationem de caractere fm̄ acceptionem nostram: non ideo turbamur si magister sententiarum de eo mentionem non fecerit. nam non omnia et singula ipse tractauit et adhuc in quibusdam errasse conuincitur. Ad 3^m. respōdet ipsemet Scotus infra distinctione 5^a. q; licet de potentia absoluta posset deus causare gratiam que est principalis effectus baptismi et etiā illos effectus proprios assignatos characteri scilicet assimilare et cetera sine tali forma absoluta que ponitur character: tamen de potentia ordinata tenetur q; causat illos effectus mediante ista forma et congrue propter rationes predictas. et tunc ad rationem cum dicitur aut ē dispositio ex parte passi vel agentis: respondet q; est dispositio ex parte recipientis. quia character est forma prior sine qua non recipitur forma posterior non simpliciter necessario: sed necessario comparando ad potentiam agentis causantis vtrāq; formam que scilicet sic ordinauit. Et cum dicitur vltra in confirmatione q; posset effectus baptismi haberi per veram penitentiam: dicit q; de potentia ordinata non potest fm̄ istam opinionem haberi perfecta innocentia sine tali forma intrinseca. huius ratio assignari potest ex dictis Sancti Thome in hac distinctione questione. 3. articulo. 2. sub articulo. 3. quia forma characteris est immediate et directe causa disponēs ad gratiam. penitentia vero est causa remouens prohibens scilicet fictionem. Idem dicit tertia parte questione. 69. articulo. 10. ad. 2^m. Ad illa que obijciuntur de alijs effectibus puta de distinctione et assimilatione: respondet Scotus q; et

si absolute distinctio et assimilatio possent esse per actum transeuntem in preteritum: tamen perfectius et magis congrue sunt per aliquam formam derelictam post actum transeuntem. Consimiliter ad illud de obligatione seu configuratione. quia si homo recipiens homagium alterius vel prelatus recipiens alium ad professionem posset aliquam formam imprimere obligato: magis hoc faceret q̄ q; absolute per actum preteritum sibi esset obligatus. deus autem potest talem formam configurantem hoc est ostendentem obligationem imprimere in anima. Quod etiam ad dicitur de signo rememoratiuo: dico q; rememoratiuum est non tantū propter illos respectu quorum habet rationem signi ducens in rationez signati sicut arguitur diuidendo: sed habet etiam rationē signi rememoratiui propter ipsum que suscipit. et tamen si ponatur propter alios: non tūm esset quoddam in se rememoratiuum sacramenti: sed etiam esset signum ductiuum in illud. sicut signum dicitur quod facit aliud in cognitionem venire. potest etiam concedi q; in comparatione ad deum et ad proximos siue in beatitudine ad gloriam siue in damnatione ad confusionem. Et quod obijciatur q; deus posset cognoscere ouem suam sine signo: non obstat quia etiam potest eam nosse cum signo. beati etiam et damnati possunt istam nosse signatam quam nō noscerent non signatam. quia in beatitudine ad maiorem gloriam et in dānatione ad maiorem confusionem. Ad hoc respondet Sanctus Thomas in hac distinctione questione prima articulo secundo ad. 2^m. q; character est signum distinctionis et propter ipsum homines qui suscipit qui eo accipit distinctus posse ab alijs. et propter alios homines qui eū admittunt ad spirituales actiones ex consignificatione sacramentali exteriori interiorē perpendentes. et quo ad deum qui eius actionibus spiritualibus efficaciam prebet. Et cum obijciatur de fide ⁊ charitate siue de meritis respondet Scotus in responsione ad secundum argumētuz principale q; non omnis perfectio in anima habet tale signum rememoratiuum perpetuum: sed illa per quam constituitur habens eam in aliquo determinato gradu in ecclesia. huiusmodi non sunt virtutes quia sunt communes omnibus membris in quocūq; gradu: sed sacramenta tam illud per quod intratur in ecclesia: q̄ alia vt confirmationis et ordinis. Sed Sanct⁹ Thomas breuius respondet loco proxime allegato ad tertium q; configuratio characteris attribuitur ad deū fm̄ participationez diuine p̄tatis q̄

non est nec per gratiam virtutum neq; per natu-
ram. Ad id autem quod obiicitur de caractere
et actibus meritorijs: respondet Sanctus Tho-
mas vbi supra q; distinctio characteris precipue
attenditur q̄^m ad operationes et receptiones
que sunt in sacramentis in quibus maxime ope-
rat fides. Quod aut obiicitur de sacerdote: nō
est inconueniēs q; habeat aliquam excellentiam
supra non sacerdotes et gaudium accidentale.
Sed illa que obiiciunt ibi de christo et matre ei⁹
q; character non est beato ad gloriā: solui pos-
sunt inquit Scotus q; sicut in natura creata sunt
alique perfectiones non simpliciter sed in talina-
tura quia sunt perfectiones suppletes imperfe-
ctionem: ita potest dici de isto q; est perfectio sup-
plens imperfectionem. et ideo nō competit om-
nino perfecto. neq; etiaz competit illi persone in
qua est aliqua perfectio maior supplens imperfe-
ctionem q̄ sit ista. Ad declarationem huius so-
lutionis faciunt que Sanct⁹ Thomas scribit in
hac distinctione questione prima articulo. 3. sub
articulo. 5. et ad p^m et. 2^m. Et tertia parte que-
stione. 63. articulo. 5. in corpore. ¶ Ad tertiaz ra-
tionē ait Scotus pro opinione potest dici q; de⁹
peccanti mortaliter in ipso actu quo peccat mor-
taliter: confert aliquod donū suum: quia nō vult
sacramentum suum quod vere ab eo suscipit esse
vanum. et ita vult sibi aliquem effectum causa-
re. non autem vltimum quia indispositus est. et
cum probas q; perfecte curat: concedo quando
curat. sed tunc non curat imo tm̄ disponit istum
sive preparat ad curationem. et concedo q; per-
fecte preparat et istud est rationale. quia licet
in actionibus beneplaciti circa personas priua-
tas forte non conferat dona sua pertinentia ad
salutem illius persone nisi perfecte sanando illaz
personam: in actibus vero vniuersalibus concō-
mitantibus remedia sua vniuersalia cuiusmodi
sunt sacramenta: rationale est vt aliquos effe-
ctus vniuersales ordinaret causare cum talibus
remedijs non autem vltimatos: quia non om-
nes recipientes illa remedia sunt adhuc idonei.
Per hoc apparet ad. 4^m. concedo enim q; est do-
num pertinens ad bonum suscipientis non autē
ecclesie. et cum dicit tale non potest conferri sine
alijs donis perficientibus talem formam: potest
concedi in actionibus specialibus circa personas
speciales et modo speciali: sed non de actionib⁹
generalibus concōmitantibus remedia genera-
lia constituta pro toto genere humano. illas enī
regulariter causat cum ipsis remedijs ne sint va-
na. ¶ Secūduz viam Sācti Thome potest dici

ad argumentum q; character est vtilis et propf
susipientem quia habet quandam potestatem
circa actiones hierarchicas et habet per illū dis-
positionem ad gratiam. et est vtilis etiam in res-
pectu aliorum quibus annumeratur et cōmuni-
cat fm̄ actiones hierarchicas. ¶ Ad quintū licet
multipliciter dicatur de indelibilitate caracte-
ris nec sit multum vtile recitare: breuiter dico q;
nulla forma potest esse in anima alia ab anima
quam non possit deus de potentia absoluta dele-
re sicut posterius a priori: quia in hoc nulla po-
test inueniri contradictio. sed character si ponat-
ur hoc modo ē indelibilis. nec potest deleri hoc
modo quia nec virtute alicuius creature. patet
quia ista forma est supernaturalis nec potest vir-
tute diuina deleri de potentia eius ordinata: q;
ordinauit nullam formam supernaturalem dele-
re nisi propter aliquod demeritum inherens ani-
me. respectu autē characteris delendi: nulla po-
test esse causa demeritoria. cum enim imprimi⁹
in actu peccādi mortaliter: nihil potest demereri
ipsum tolli. ¶ Ad confirmationem dicitur q; nō
est simile de virtute que est in sacramento et de
characterē ministri prout supra dictum fuit i res-
ponfione ad secūdu Aureoli contra secūda con-
clusionem. ¶ Ad. 6^m. respondet Sanctus Tho-
mastertia parte q̄stioe. 63. articulo p̄mo ad. 3^m
q; sacramenta veteris legis non habebant in se
spiritualem virtutem ad aliquem spiritualem ef-
fectum operantez et ideo in illis sacramentis nō
req̄rebat aliquis spiritualis character sed sus-
ficiebat ibi corporalis circūcisio quam aposto-
lus signaculum nominat Romanoꝝ. 4. Que-
stione autem. 70. articulo. 4. dicit q; circūcisio
non erat causa gratie ex opere operato: et ideo
non imprimebat dispositionem ad gratiam que
est character. ¶ Ad argumentum ante oppositū
respondet Sanctus Thomas in hac distinctio-
ne questione prima articulo primo ad primū: q;
character non est habitus nec passio: sed est po-
tentia consequens animam fm̄ q; est in vita spi-
rituali regenerata. et ideo non oportet q; omni-
b⁹ insit vel q; a natura sit. Et in hoc articulo ter-
minatur.

Distinctio quinta et. vi.



Circa qu

tam et sexta distinctiones quatuor sententiarum queritur utrum paruuli infidelium sint inuitis parentibus baptizandi et arguitur quod sic. nam magis debet homini subueniri

periculum mortis eterne quam contra periculum mortis temporalis. sed puero in periculo mortis temporalis existenti est subueniendum etiam si parentes per malitiam contra niterentur. ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium contra periculum mortis eterne etiam inuitis parentibus. **C**irca oppositum arguitur quia in decretis distinctione. 4. §. ex concilio toletano sic dicitur. de indeis precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. non enim tales inuiti saluandi sunt sed volentes ut integra sit forma iusticie. **C**irca hac questione erunt quattuor articuli ut supra.



Qantum ad primum articulum sit prima conclusio quod paruuli infidelium filij non dum habentes usum rationis baptizandi non sunt inuitis parentibus. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas. 2. 2. questione. 10. articulo. 12. Et tertia parte questione. 68. articulo. 10. Item. 2. quolibet articulo. 7. **S**ecunda conclusio est quod baptismus per se loquendo equalem effectum habet in omnibus paruulis baptizatis. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas distinctione precedente questione. 2. articulo. 3. sub articulo. 3. Et tertia parte questione. 69. articulo. 8. **T**ertia conclusio est quod recipiens scienter baptismus a malis ministris precisus ab ecclesia dei per heresim vel scisma vel excommunicationem extra casum necessitatis peccat. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas in hac distinctione. §. questione. 2. articulo. 2. sub articulo. §. Et tertia parte questione. 64. articulo. 6. ad. 2. et articulo. 9. ad. 2. **Q**uarta conclusio est quod malus minister baptizans cum solemnitate quasi minister ecclesie peccat mortaliter. non autem si in casu necessitatis sine solemnitate et non ut minister baptizat. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas in hac distinctione. §. questione. 2. articulo. 2. sub articulo. 4. Et tertia parte questione. 64. articulo. 6.

cat mortaliter. non autem si in casu necessitatis sine solemnitate et non ut minister baptizat. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas in hac distinctione. §. questione. 2. articulo. 2. sub articulo. 4. Et tertia parte questione. 64. articulo. 6.

cat mortaliter. non autem si in casu necessitatis sine solemnitate et non ut minister baptizat. hanc conclusionem tenet sanctus Thomas in hac distinctione. §. questione. 2. articulo. 2. sub articulo. 4. Et tertia parte questione. 64. articulo. 6.



Qantum ad articulum secundum arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit scotus probando quod paruuli indeorum et aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi. presertim quod princeps hoc possit facere cui in regimine reipublice tales sunt subditi. Primo quia in paruulo dominus habet maius ius domini quam parentes. vniuersaliter enim in potestate ordinatis: potestas inferior non obligat in his que sunt contra superiorem. sicut docet Augustinus de verbis domini homelia. 6. et ponitur in ultimo capitulo secunde sententie. si illud iubet potestas quod non debes facere: hic sane contineat potestatem tenendo vel sequendo potestatem maiorem. et declarat in exemplo de curatore et consule et imperatore et de imperatore et deo. igitur ille qui habet regere rempublicam magis debet cogere unumquemque subditi domino superiori. sicut ergo imperator deberet sententiam aliquem obedire debere pro consuli contempto precepto curatoris et inferioris si contradiceret pro consuli: ita etiam si essent sub eodem diuersa ordinata scilicet si aliquis esset seruus titij et titij petri: magis deberet imperator cogere seruum seruire petro quam superiori titio quam titio si titius vellet uti seruo contra dominium petri. ergo maxime debet zelare princeps pro seruando dominio supremi domini scilicet dei. et per consequens non solum licet sed debet princeps auferre paruulos a dominio parentum volentium eos educare contra cultum dei qui est supremus et honestissimus dominus et debet eos applicare cultui diuino. dico ergo breuiter quod si princeps hoc faceret cum bona cautela scilicet ne parentes cognoscentes hoc futurum occiderent paruulos et quod baptizatos facerent religiose educari: bene fieret. immo quod plus est credo religiose fieri si parentes ipsi cogentur minis et terroribus ad suscipiendum baptismum et ad seruandum postea susceptum. quia esto quod ipsi non essent vere fideles in animo: tamen minus malum est eis non posse ipse legem suam illicitam obseruare: quam posse eam libere seruare. item filij eorum si bene educarentur: in tertia et quarta progenie essent

articulum secundum arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit scotus probando quod paruuli indeorum et aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi. presertim quod princeps hoc possit facere cui in regimine reipublice tales sunt subditi. Primo quia in paruulo dominus habet maius ius domini quam parentes. vniuersaliter enim in potestate ordinatis: potestas inferior non obligat in his que sunt contra superiorem. sicut docet Augustinus de verbis domini homelia. 6. et ponitur in ultimo capitulo secunde sententie. si illud iubet potestas quod non debes facere: hic sane contineat potestatem tenendo vel sequendo potestatem maiorem. et declarat in exemplo de curatore et consule et imperatore et de imperatore et deo. igitur ille qui habet regere rempublicam magis debet cogere unumquemque subditi domino superiori. sicut ergo imperator deberet sententiam aliquem obedire debere pro consuli contempto precepto curatoris et inferioris si contradiceret pro consuli: ita etiam si essent sub eodem diuersa ordinata scilicet si aliquis esset seruus titij et titij petri: magis deberet imperator cogere seruum seruire petro quam superiori titio quam titio si titius vellet uti seruo contra dominium petri. ergo maxime debet zelare princeps pro seruando dominio supremi domini scilicet dei. et per consequens non solum licet sed debet princeps auferre paruulos a dominio parentum volentium eos educare contra cultum dei qui est supremus et honestissimus dominus et debet eos applicare cultui diuino. dico ergo breuiter quod si princeps hoc faceret cum bona cautela scilicet ne parentes cognoscentes hoc futurum occiderent paruulos et quod baptizatos facerent religiose educari: bene fieret. immo quod plus est credo religiose fieri si parentes ipsi cogentur minis et terroribus ad suscipiendum baptismum et ad seruandum postea susceptum. quia esto quod ipsi non essent vere fideles in animo: tamen minus malum est eis non posse ipse legem suam illicitam obseruare: quam posse eam libere seruare. item filij eorum si bene educarentur: in tertia et quarta progenie essent

vere fideles. et si dicas q̄ fm̄ prophetiam Isaię
quam recitat Paulus Romanorum. 9. reliq̄
israel conuertentur in finem et ideo iudeos non
oportet cogi totaliter ad baptismum suscipien-
dū et relinquendum legē suam non valet. quia
non dubito quin vera sit prophetia christi quaz
recitat Joan. 5. ego veni in nomine patris mei
et non recepistis me: sed alius veniet in nomine
suo illum suscipietis. ergo ad min⁹ ex verbo chri-
sti erunt peruertendi quia adhibebunt illi pessimo
antichristo b̄ quo est sermo christi predict⁹.
et si dicas q̄ visa destructione antichristi illi qui
sibi adheferant conuertentur: dico q̄ pro tam
paucis et sicut de conuertendis quia modicus
est fructus ecclesie et de quibus nulla est propa-
gatio filiozum in lege christiana: non oportet
tot iudeos in tot mundi partibus tantis tempo-
ribus sustinere in lege sua perstare quia finalis
fructus ecclesie de eis erit modicus. vnde suffice-
ret aliquos paucos in aliqua insula sequestratos
permittere legem suam seruare de quibus tandem
illa prophetia Isaię compleretur. ¶ Confirma-
tur quod dictum est de parentibus infidelibus
cogendis per minas et terrores. quia simile cō-
mendat concilium toletanum de quibusdam iu-
deis qui pridem ad christianitatem coacti sunt
sicut factus est tēporibus sisebuti in quo approba-
bat eum tanq̄ religiosum principem quia coge-
bat infideles ad fidem. hec Scotus in forma.
¶ Contra eandem conclusionem arguit Duran-
dus ponendo tres cōclusiones. prima est q̄ par-
uuli infidelium separatorum a dominio et cōuer-
satione fidelium quemadmodum sarraceni sub-
iecti regi granate sunt separati loco et dominio
a fidelibus hispanis vicinis eorum. talium inq̄ in-
fidelium filij non sunt eis auferendi nec ipsis in-
uitis baptizandi. nec in casu quo liceret fidelibus
iustum bellum contra eos mouere et bona et p-
sonas eorum tollere. ¶ Secunda conclusio est
q̄ si infideles subsunt dominio fidelium et cum
eis in eadem terra conuersantur tanq̄ liberi si-
cut mercatores quandoq̄ morantur in dominio
et terra fidelium et e contra: tunc non licet eorum
filios ipsis inuitis rapere nec baptismum offerre.
¶ Tertia conclusio est q̄ si infideles subsunt prin-
cipi fidei tanq̄ serui sicut sunt iudei: tunc filij ta-
lium possunt ipsis inuitis baptizari. et hanc con-
clusionem que proprie est contra nostram con-
clusionem probat sic. quia si non: hoc maxime vi-
deretur propter rationem tactam in probatio-
ne conclusionis que in virtute talis est. q̄ quis
aliqui possint esse serui aliorum quo ad opera ci-

uilia: in his tamen que eis competunt iure natu-
rali vel diuino nō sunt serui sed liberi. potest enī
seruus comedere inuito domino et contrahere
matrimonium vt habetur extra de coniugio ser-
uorum capitulo primo. hec enim competunt eis
de iure naturali. et similiter potest inuito domi-
no credere in deum et huiusmodi que pertinent
ad ius diuinum. sed baptizari pertinet ad ius di-
uinum. ergo cum cura paruulorum iure naturali
et diuino quātum ad hoc competat parentibus
manifestus est q̄ non possunt eis licite auferri vt
baptizentur licet possint eis auferri vt vendan-
tur sicut et ceterę res ad opera ciuilia. hec autem
ratio directe concludit q̄ iudei et ceteri infide-
les adulti qui sunt serui christianorum non pos-
sunt nec debent cogi q̄ baptizentur et hoc fuit p-
us concessum. sed de pueris eorum carentibus
vsu rationis q̄ non possunt licite eis auferri eis
inuitis et baptizari: non probat. quia si auferren-
tur eis et baptizarentur: non fieret preiudicium
pueris sed potius cōferretur eis magnum bene-
ficium. nec parentibus eorum quia licite possunt
eis auferri et vendi in seruitutez fidelibus vel in-
fidelibus prope vel longe vt alij concedunt. quo
facto subtrahuntur totaliter a cura parentum et
subsunt in omnibus cure eorum quibus venditi
sunt. propter quod si ab eis offerantur baptismum
nulli videtur fieri preiudicium: licet predictis pue-
ris stantibus sub cura parentum fieret preiudici-
um iniuria si eis inuitis baptizarentur. nec esset
decens nec securum q̄ pueri baptizati manerent
sub cura infidelium. sed quia vt predictū est pue-
ri seruorum infidelium possunt per dominum li-
cite subtrahi a cura parentum vendendo eos vel
donando alijs qui ex tunc curam eorum habent
non apparet quin liceat illis quibus sunt vendi-
ti vel donati cuiusq̄ offerre eos baptismum si-
ne preiudicio cuiusq̄. non sic autem licet pu-
eros infidelium liberorum auferre a cura paren-
tum nec per consequens offerre eos baptismum.
¶ 2. sic ad idem. res et bona seruorum sunt do-
minorum suorum in quorum terris habitant vt ha-
betur extra de iudeis et sarracenis capitulo et si
iudeos. ergo res et bona iudeorum sunt principum
christianorum. sed filij sunt quedam res parentum.
ergo filij iudeorum sunt in potestate principum vt
res eorum. possunt ergo eis vti vt placet offerē-
do eos ad baptismum. ¶ 3. quia princeps chri-
stianus domin⁹ iudeorum potest filios eorum vē-
dere in seruitutem terrenam. ergo fortior ratio-
ne potest eos offerre in seruitutem diuinā quod
fit per baptismum. imo videntur in hoc mereri si

hoc faciunt propter salutem paruulorū et honorem dei et non ut parentes cogantur ad credendum quia illud non est licitum. ¶ Contra secundam conclusionem arguit Scotus probando quod paruuli baptizati inequaliter participant gratiam in baptismo. quia deus predestinavit electos ad diuersos gradus glorie et hoc ante determinationem huius signi ad tantam vel tantam gratiam conferendam. et quia ordinato ad maiorem gloriam rationabiliter potest conferri maior et maior gratia: posset deus in determinando veritatem seu certitudinem huius signi disponere conferre alicui illam gratiam que requiritur ad certitudinem huius signi: et alicui maiorem gratiam quem predestinavit ad maiorem gloriam. sed ille vltimus gradus non confertur virtute baptismi sed de speciali beniuolentia diuina. et propter hoc dici potest quod ex parte cause principalis: effectus equalis comuniter datur virtute baptismi. quia supponitur de lege comuni quod prima gratia non datur maior absque omni causa alia preter causam principalem. ¶ 2. quia causa meritoria illius gratie que confertur in baptismo: potest efficacius operari ad gratiam in vno quam in alio. vel quia specialius oblata pro vno quam ad intentionem offerentis quam pro alio. vel quia quantum ad executionem pro vno oblata in effectu: pro alio non nisi in preuisione diuina. primo modo christus comuniter ponitur nosse omnia que deus nouit scientia visionis et per consequens nouit omnes electos et ad quem gradum glorie fuerunt electi. potuit ergo predestinato ad maiorem gloriam plenius offerre passionem suam: et precipue cum se offert pro genere humano ut de eis impleretur predestinatio diuina. secundo modo passio christi multo efficacius operatur pro nobis qui sumus in lege euangelica: quam pro patribus in lege moysi. quia obsequium prestitum ad maius bonum acceptatur quam beneficium preuisum. et isto secundo modo est inequalitas in suscipientibus gratiam per circumcisionem et baptismum propter inaequales applicationes cause meritorie ad eos. et forte etiam in baptizatis ante passionem et post. sed quod in primo modo. scilicet propter specialiozem obligationem in voluntate christi fit inequalitas gratie in aliquibus baptizatis est possibile. ¶ 3. quia licet paruulum comparando ad paruulum cum nullam habeant propriam motionem: nullam habent inequalitatem ad gratiam ex parte sui: potest tamen in parentibus vni esse maior motus pro suo paruulo quam alterius pro suo. vel in aliquibus aliis ministrantibus vel assistentibus baptismo propter

quorum merita deus vni paruulo potest conferre maiorem gratiam quam alteri. sed hoc non est virtute baptismi sed meriti. et hoc modo forte parentes beati Nicholai orationibus suis meruerunt sibi maiorem gratiam que erat in eo etiam paruulo vel principium mirabilis effectus quia duobus diebus in ebdomada vnica lactatione contentus erat. et quo ad hoc magis optandum est paruulum baptizari a bono sacerdote quam a malo quia orationes boni sacerdotis quas multas facit ante et post baptismum: magis valent et exaudiuntur quam orationes mali. hec Scotus. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probando quod a malo ministro preciso ab ecclesia romana totaliter in casu licet recipere sacramentum baptismi. quia preceptum superioris plus obligat quam preceptum inferioris. deus autem et precepit baptismum suscipi. ecclesia autem prohibet communicare cum tali ministro. ergo magis obediendum est diuino precepto quam ecclesie in casu isto quo non est inuenire alium ad baptizandum meliorem. ¶ 2. quia plus tenetur excommunicatus vitare alium quam alius vitare eum. quia illud preceptum de vitando non imponitur alicui nisi propter se. sed precisus vel excommunicatus in casu isto non tenetur vitare alium imo tenetur non vitare. si enim talis precisus faceret paruulum aliquem non baptizatum statim moriturum: tenetur necessario eum baptizare. et ita non vitare in casu baptizandi. hoc probatur. quia si inueniret eum expositum periculo vite corporalis propter famem: tenetur necessario eum nutrire ad saluandum vitam corporalem. magis enim tenetur diligere vitam eius spiritualem quam corporalem. ergo quando paruulus est expositus periculo vite spiritualis: tenetur ille sibi conferre remedium necessarium ad vitam spiritualement. ergo multo magis alius non tenetur eum vitare de communicacione cum eo in tali casu vel actu. ¶ 3. quia Augustinus de baptismo contra donatistas libro 8. cito post principium videtur dicere quod adulto licet recipere baptismum a preciso si alius minister haberi non potest. melius est enim quod a tali recipiat: quam quod hac vita sine baptismo discedat. ¶ 4. quia in casu quo pater paruuli non posset habere ministrum idoneum et imminet periculum mortis: tenetur necessario offerre illum preciso. quia nimis esset durum dicere quod tenetur paruulum suum permittere damnari perpetuo cum posset habere aliquem qui eum baptizaret secundum illud de conse. distin. 4. romanus vbi dicitur in fine. romanus pontifex non attedit hominem qui baptizat sed deus et si paganus sit qui baptizat. et prima. quod prima si fuerit: non exhorreat columba

colūba ministeriū maloz. hec Scotus. Contra
 q̄rtā conclusionem arguit Durandus probando
 q̄ in nullo casu potest malus minister baptizare
 quin baptizet vt minister et per consequens qui
 peccet. quia illud quod non potest facere aliquis
 nisi minister: non potest facere nisi vt minister. s̄
 administrare quod cūq̄ sacramentum nō potest
 nisi minister tm̄ ille. s. qui ex ordinatione diuina ē
 minister. quia minister est de necessitate sacramē
 ti sicut materia ⁊ forma. ergo nullus potest mini
 strare quod cūq̄ sacramētum nisi vt minister. et
 ideo quicūq̄ baptizat si est verus baptismus: o-
 portet q̄ sit minister veri baptisimi ⁊ baptizet vt
 minister: licet non baptizet cum solēnitāte insti-
 tuta ab ecclesia. solēnitās enim nō dat ei esse mi-
 nistrum sed est signum ministerij sui. ¶ 2.º arguit
 q̄ nullus casus necessitatis excuset eum. qz casus
 excusabilis non est casus necessitatis excusantis a
 peccato quia tollit rationem voluntarij. sed ta-
 lis est casus noster. quia si incumbat alicui bap-
 tizare puerum moriētem ⁊ est sibi conscius alicui⁹
 peccati mortalis: in potestate eius est habere dis-
 plicentiā de peccato illo: et tunc potest sine scrupulo
 puerum baptizare. ergo talis casus necessi-
 tatis nō excusat baptizantē quin peccet. hec ille.



Quantus ad ar-

ticulū tertium primo notandus
 est q̄ vt. S. Tho. docet p̄ma se-
 cunde. q. 94. arti. 4. capiēdo
 naturam hominis que est homi-
 ni propria: ad legem nature pertinent illa ad q̄
 homo naturaliter inclinatur. ea autem sunt que
 ratio recta dictat. huiuscemodi autem inclinatio
 aliter est in homine s̄m rationem speculatiuam
 ⁊ aliter s̄m pratican. quia enim ratio speculati-
 ua precipue versatur circa necessaria que impos-
 sibile est aliter se habere: absq̄ aliquo defectu in-
 uenitur veritas in conclusionibus proprijs sicut
 et in principijs cōmunibus. ex quo fit q̄ in specu-
 latiuis eadez sit veritas apud omnes tam in p̄n-
 cipijs q̄ in conclusionibus: licet veritas nō apud
 omnes cognoscatur in ipsis conclusionibus sed
 solum in principijs que dicuntur cōmunes animi
 conceptiones. apud omnes enim verus est q̄ tri-
 angulus habet tres angulos equales duobus re-
 ctis: quāuis hoc non sit omnibus notus. ratio ve-
 ro pratican versatur circa contingentia in quibus
 sunt operationes humane. et ideo si in cōmuni-
 bus sit aliqua necessitas: et tamen quāto magis
 ad propria descenditur: tanto magis inuenitur

defectus. et inde est q̄ in operatiuis non est ea-
 dem veritas vel rectitudo pratican apud omnes
 q̄ ad propria: sed tantūmodo q̄ ad cōmunia.
 et apud illos apud quos est eadem rectitudo in
 proprijs: non est equaliter omnibus nota. apud
 omnes enim hoc verum est et rectum vt s̄m ra-
 tionem agatur. ex hoc autem principio sequitur
 quasi conclusio propria q̄ d̄posita sint reddēda.
 et hoc quidem vt in pluribus verum et rectum
 est. sed potest in aliquo casu contingere q̄ sit dā-
 nosum et per consequens irrationabile si depōsi-
 ta reddantur: vt si aliquis petat arma depōsita
 ad impugnandum patriam. et hoc tanto magis
 inuenitur deficere: quāto magis ad particularia
 descenditur. quāto enim plures cōdicionēs par-
 ticulares aponuntur: tanto pluribus modis po-
 terit deficere vt non sit rectum vel in reddēdo
 vel i nō reddēdo. hec. S. Tho. Ex q̄b⁹ i articulo
 sequēte ipse deducit q̄ licet q̄ ad prima princi-
 pia lex nature sit omnino imutabilis: verūtamē
 q̄ ad conclusiones proprias primis principijs
 propinquas: lex naturalis mutabilis est in qui-
 busdam casibus propter speciales causas: quīs
 vt in pluribus sit rectum semper quod lex natu-
 ralis habet. et inde est q̄ licet dominium et serui-
 tus sint de iure gentium vt Isidorus dicit quin-
 to libro ethimologiarū quod a primeuo iure na-
 ture non recedit: nisi quia illud omnibus anima-
 libus cōmune est: ius vero gentium solis homi-
 nibus prout Sanctus Thomas notat secūda se-
 cunde questione. 57. articulo tertio. Et tamē vt
 ipse Doctor Sanctus inquit eadez summa. q. 10.
 articulo. 10. in corpore: potest iuste per sentētiā
 vel ordinationem ecclesie auctoritatem dei ha-
 bentis: ius dominij vel prelacionis tolli ab infi-
 delibus super fideles: eo q̄ infideles merent̄ po-
 testatem amittere super seruos suos qui transfe-
 runtur in filios dei. et loquitur de seruis infideli-
 um qui eoz serui erant anteq̄ christiani fierēt.
 vnde circa infideles qui temporali subiēctione ec-
 clesie et membrīs eius subiiciuntur: hoc ius eccle-
 sia statuit vt seruis iudeozum cum fuerit factus
 christianus: statiz a seruitute liberetur nullo pre-
 cio dato si fuerit vernaculus idest in seruitute na-
 tus. et consimiliter si infidelis existens emptus
 fuerit ad seruitiū. si autem fuerit emptus ad mer-
 cationem: tenetur eum infra tres mēses exponere
 ad vendendum. nec in hoc ecclesia iniuriā fa-
 cit. quia cuz ipsi iudei sint serui ecclesie: potest dis-
 ponere de rebus eozum. in illis vero infidelibus
 qui temporaliter ecclesie vel eius membrīs non
 subiacent: predictum ius ecclesia non statuit: li-

et possit statuere de iure et hoc facit ad scandalum vitandum. hec Sanctus Thomas. Item quoniam coniunctio viri et uxoris per matrimonium fit de iure nature secundum illud Gene. 2.º. propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adheret uxori sue secundum intellectum domini Bartholomaei. 19. ubi etiam id esse de iure diuino manifestum est. verum tamen in aliquo casu ordinatione ecclesie coniunctio matrimonialis predicta dissoluitur: ut si infidelis cohabitare non vult cum fidele sine contumelia creatoris prout dici habet infra. s. distinctione. 39.º. ¶ Ex quibus inferimus quod quilibet lege naturali filius ante pubertatem subiiciatur cure parentum et parentes iure nature disponere habeant circa filios et eis prouidere circa ea que ius naturale vel diuinum concernunt: quia tamen huiusmodi ius vel lex naturalis cum sit rationis practice ac per hoc circa particularia et contingentia versetur: defectum et mutabilitatem habere potest: ita ut aliquando propter occurrentes causas speciales non sit rectum legem ipsam naturalem observare. ideo causis occurrentibus rectum et iustum esse potest filios a quorundam parentum cura subtrahere per eum qui potest. unde si parentes vellunt filias prostituere vel filios suos malos mores docerent: iuste sibi tutela filiorum auferretur et merito priuarentur iure patrie potestatis. in his certe casibus non iam parentes censendi essent sed magis hostes filiorum. Cum ergo parentes iudei vel pagani filios suos doceant legem iniquam et eos inimicos christiane fidei facere contendunt et in odium christi qui est eorum verus pater et dominus eos nutrire toto animo studeant in malum ipsorum et in eternam damnationem: videtur quod per eum qui preest reipublice cuius ipsi parentes et filii sunt partes: possint et debeant filii auferri a parentum cura. quemadmodum et propter alia minora crimina nonnumquam id de iure facere dignoscuntur.

¶ Secundo Notandum est quod quod administratio sacramentorum et ea que sunt iuris diuini non subiaceat potestati et iurisdictioni principum secularium nisi secundum ordinationem ecclesie cui clauis celestis regni et bonorum spiritualium collate sunt: videtur quod solo precepto vel dispositione principum secularium filii impuberes infidelium etiam sibi subditorum: nec baptizari debeant inuitis parentibus neque a cura vel tutela ipsorum auferri propter peccatum infidelitatis. aut propterea quod parentes filios detinent et nutriunt in peccato infidelitatis nec illos fidem christianam recipere permittunt.

Probatur primum. quia illud principibus secularibus et prelatibus etiam papa inferioribus prohibuitur est per ecclesiam in capitulo qui sincera. et capitulo de iudeis. 4.º. distinctione. Item extra de iudeis et sarracenis capitulo sicut iudei. Secundum probatur ex eo quod ecclesia ritus infidelium sibi subditorum tollat et a christianis tollerari precipit: neque circa eos permittit illos vexari ut in dicto capitulo sicut iudei. et capitulo et si iudeus. et multum aperte in predicto capitulo qui sincera. Ex quo sequitur quod contra ecclesie tolerantiam et ordinationem sit principes seculares et alios papa inferiores filios infidelium a cura parentum subtrahere propterea quod in damnablem suam credulitate falsis ritibus filios instruant. Quod autem infideles tollerandi sunt ab ecclesia in ritibus suis propter causam rationabilem probat Sanctus Thomas secunda secunde questione decima articulo undecimo. Summum tamen pontifex vices christi gerens in terris qui nullis ecclesiasticis legibus astringitur nec predecessorum summorum pontificum canonibus coartatur ut in capitulo significasti extra de electione. et. 2.º. questione prima capitulo ideo permittit. quod. his ita respondetur: potestatem habet de filiis infidelium utroque modo disponere si aliquando videbitur expedire. non solum propter plenitudinem potestatis sicut vicarius christi in terris: sed et maxime ex speciali christi commissione qua Petro et eius successoribus dicitur est pasce oves meas Iohannis ultimo. paslus hic intelligitur communi doctorum sententia et verbo fidei et exemplo vite et sacramentorum dispensatione. oves autem christi dicti sunt vniuersi orbis homines qui iudeorum et gentilium populis comprehenduntur. Iuxta quod dominus ait per prophetam Ezechielis. 34. errauerunt greges mei in cunctis montibus et in vniuerso colle excelso et super omnem faciem terre dispersi sunt greges mei. Quod et redemptor noster satis innuit Iohannis decimo ubi dicit. et alias oves habeo que non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet vnum ouile et vnus pastor. que verba exponens Gregorius in homelia ait. quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit: quia iudaicum populum et gentilem in sua fide coniungit. Paulo attestante qui ait: ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Cui consonat quod ecclesia infesto beati Petri precinit dicens. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradidit deus omnia regna mundi. Unde videtur ex predicta christi commissione quod papa possit iudeorum et infidelium

delium filios impuberes a parentum cura amouere et illos bonis viris fidelibus in fide christi educandos committere quorum providentia baptismum et alia ecclesie sacramenta suscipiant. Et confirmatur. quia vt scribitur Actuum decimo beato petro facto in mentis excessu dum videret celum apertum et descendens vas quasi lintheum magnum in quo erat omnia quadrupedia et serpentina terre et volatilia celi: similis facta est beato petro commissio ad pascendas omnes gentes abo spirituali. vnde facta est vox ad eum dicens surge petre occide et manduca. In quibus verbis petrus intellexit sibi esse preceptum q non solum iudeos sed etiaz gentiles ad fidem reciperet et sacramentorum pasqua cunctis gentibus tribueret. vnde cornelio et his qui cum illo erant dixit. mihi ostendit deus neminem comunem aut imundum dicere hominem propter quod sine dubitatione veni accersitus. vbi interlinearis sic dicit. Intellexit petrus de omnibus gentibus dictum esse: quia nullus homo discernendus est cum apud deum non sit personarum acceptio. Et super verbo omnia quadrupedia inquit glosa Bede marginaria. omnes gentes crediture et in vnitatem corporis christi assumende vt omnes efficiantur membra eius. et infra. precepit ergo gentes per incredulitatem foris positas: societati ecclesie quam petrus significat inseri. hec Beda. vnde notandum est verbum precepit. ex quo videtur q commissio facta Petro de omnibus christi idest vniuersis gentibus ad ouile ecclesie adducendis: est preceptiua pro loco et tempore. Et q non tantumodo oues et agni petentes et volentes sed etiam renuentes ad pasqua fidei et sacramentorum debeant compelli: apparet tum ex eo q in proxima auctoritate Actuum decimo dictus est petro surge petre occide et manduca. vbi in verbo surge indicitur sibi sollicitudo. cum autem dicitur occide designatur q etiam flagellis vel alio modo coactionis ad fidem ex omni gente trahendi sunt. vnde glosa ordinaria exponit. occide idest mortifica et macta vt hostiam deo facias. vt deducti de vetustate: in nouitatem transeant. Tum etiam et multum aperte id patet ex illo verbo domini Luce decimo quarto. exi in vias et sepes et compelle eos intrare vt impleatur domus mea. vbi vtriusq populuz dominus iubet compelli et gentilem et iudaicum prout Gregorius in homelia exponit. cū de vi

is et plateis ad cenam quosdam dominus vocat: illum populuz designat qui tenere legis vrbanam conuersationem nouerat scilicet iudaicum. cum vero conuiuas suos colligi ex vrbis et sepibus precipit: agrestem populuz idest gentilem querit. Unde Augustinus de verbis domini sermone trigesimo tertio in persona eorum qui sepibus herent inquit. voluntate nostra intremus. et respondet non hoc dominus imperauit. coge inquit intrare. foris inueniatur necessitas: nascitur intus voluntas. Et in epistola ad Bonifacium comites. vbi est inquit q isti scilicet donatiste clamare consueuerunt. libere est credere vel non credere. cui vim christus intulit. quem coegit? ecce habent Paulum apostolum. agnoscant in eo prius christum cogentem et postea docentem. prius ferientem et postea consolantem. mirum est autem quomodo ille qui pena corporis ad euangelium coactus intrauit: plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit. et que maior timor compulit ad charitatem: eius perfecta charitas foras mittit timorem. cur ergo non cogere ecclesia perditos filios vt redirent: si perditii filij coegerunt alios vt perirent. hec Augustinus. Idem in epistola ad donatum presbyterum. dicit inquit deum dedisse liberum arbitrium: ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. attende ergo quod considerare non vis. nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito male voluntatis: nec liberari nisi bonam habuerit voluntatem? non tamen ideo qui diliguntur: male sue voluntati impune et crudeliter permittendi sunt. sed vbi potestas datur a malo prohibendi sunt et ad bonum cogendi. nam si voluntas mala semper sue permittenda est voluntati: quare paulus non est permisus vt pessima voluntate qua persequebatur ecclesiam. sed prostratus est vt excecatur. et excecatus est vt mutaretur. si voluntas mala semper sue permittenda est libertati: quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere: sed etiam latera eius tundere vt ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur. Unde itez dicit. tu quidem percutis eum virga: animam autem eius liberas a morte. si mala voluntas semper sue permittenda est libertati: quare corripuntur negligentes pastores et dicitur eis errantem non retrocastis: perditam ouem non inquisistis. non ideo vobis dis-

placemus quia renouamus errantes et querimus perditos. melius enim facimus voluntatem domini mouentis si vos ad eius ouile redire cogamus: quod consentiamus voluntati ouium errantium ut perire vos permittamus. non li ergo iam dicere quod te assidue audio dicere sic volo errare sic volo perire. Et parum infra. si ergo salus ista corporalis sic custodienda est ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt seruetur: quanto magis illa spiritualis in cuius desertione mors eterna metuitur. Et in epistola ad vincetium donatistam. putas inquit neminem debere cogi ad iusticiam cum legas patrem familias dixisse seruis. quoscumque inuenieritis cogite intrare: cum legas etiam ipsum primo saulum postea paulum ad cognoscendam et tenendam veritatem: magna violentia christi cogentis esse compulsum. et putas nullam vim adhibendam esse homini ut ab erroris pernicietate liberetur cum ipsius deum quo nemo nos utilius diligit: certissimis exemplis hoc facere videas: et christum audias dicentem nemo venit ad me nisi quem pater attraxerit. quod facit in cordibus omnium qui se ad eum diuine iracundie timore conuertunt. Et infra. vides itaque iam ut opinor non esse considerandum quod quisque cogitur: sed quale sit illud quo cogitur utrum bonum an malum. non quo quisque bonus possit esse inuitus: sed timendo quod non vult pati: vel relinquit impediens animositatem: vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem. ut timens vel respuat falsum de quo contendebat: vel querat verum quod nesciebat et volens timeat iam quod nolebat. hec Augustinus. Et infra. mea primitus sententia erat neminem ad unitatem christi esse cogendum. verbo esse agendum. disputatione pugnandum. ratione vincendum ne fictos catholicos haberemus quos apostolos hereticos noueramus. sed hec opinio mea non contradicentium verbis: sed demonstrantium superabatur exemplis. Si quis autem contendere velit quod supradicte auctoritates loquantur de his qui fidem christi in unitate ecclesie primo receperat et heretica peste aut damnabili falsitate postea aberrauerunt: attendant quod beatus paulus cuius exemplum tanta sollicitudine Augustinus commemorat: ad fidem christi non prius ab eo susceptam sed magis peruersa animositate impugnatam denuo venire coactus est. attendant preterea verba

domini supra commemorata ex euangelio Lucae decimo quarto et Actuum decimo in quibus omnes generaliter extra ecclesiam existentes compelli iubentur intrare. Secundum ergo premissa dicendum videtur quod ubi Sanctus Thomas tenet quod paruuli iudeorum vel paganorum baptizari non possunt inuitis parentibus neque ipsis prouideri circa ea que sunt iuris diuini vel naturalis: loquitur de potestate principum secularium et prelatorum ecclesie inferiorum papa. qui saltem in concernentibus fidem et fidei sacramenta: preceptis et prohibitionibus ecclesie ac summi pontificis subiacet et obedire tenetur. non enim isti id possunt de iure facere prohibentibus ecclesie ordinationibus et statutis supra allegatis. Non autem loquitur de summo ecclesie prelato scilicet papa qui vices christi gerit in terris plenitudinem potestatis habens in orbe. cui vniuersi homines qui oues sunt christi in persona petri commisse fuerunt ut eas pascat virentibus herbis ad eternam gloriam nutrimentibus que sunt ecclesie sacramenta. ad quorum pasca nullus hominum habet accessum nisi primo ad ouile christi quod est ecclesia introducatur. hic enim supremus pastor omnium christi cum habeat a christo plenitudinem potestatis nullis hominum statutis aut regulis coartatur. neque etiam predecessorum summorum pontificum legibus cogi potest ut premissum est. unde non obstantibus supra allegatis prohibitionibus ecclesie de non baptizandis infidelium paruulis: ille absque alicuius iniuria potest contrauenire si aliquando id fieri iudicabit. Quod autem vltimo ad huc summus pontifex id fieri non preceperit: causa videtur esse non ex defectu iuris sed quod non expedit. multa enim sunt licita que fieri non expediunt prout apostolus dicit prima Corinthiorum sexto. Et possunt assignari rationes quare id non expediat: sed precipua videtur esse quia probabiliter credi potest quod si consuetudo ecclesie esset paruulos infidelium inuitis parentibus baptizare: immineret paruulis periculum mortis. nam multi potius eligerent filios mortuos interficere quam ipsis inuitis baptizatos videre. et maxime si post baptismum ipsis auferri deberent. si autem eos post baptismum parentibus dimitterent nutrimentos: verisimile est quod eos a fide christi illos renouare contenderent et suis ritibus ac erroribus assuefacere studerent quod esset in dedecus christiane fidei et in baptizatorum par-

uulorum detrimentum et plus nocerent oculi heretici q̄ aperti infideles. Vel sicut in capitulo de iudeis quadragesima quinta distinctione dicitur: non sunt vi trahendi homines ad credendum sed potius suadendi vt integra sit forma iusticie. sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens perijt: sic vocante se gratia dei: propria mentis conuersione quisq̄ credendo saluatur. Et hanc rationem videtur pretendisse beatus iacobus dicens hermogeni vade liber quocunq̄ volueris. non enim discipline nostre est vt inuitus aliquis conuertatur. verum q̄ hec ratio magis probat propositum d̄ adultis q̄ de paruulis vsu liberi arbitrii carentibus. **C**ursus videtur q̄ Sanctus Thomas loquatur in casu quo filij infidelium apud patres sint. naz si a parentibus distrabantur vel ipsoz morte vel quia dominus filios vedit dominis longe distantibus ita q̄ parentu cura subueniri non possint: videtur q̄ ipso facto dominu in cuius sunt potestate vel alij quibus ipsi commiserint: ius in eos habeant quasi patrie potestatis. ac per hoc q̄ eozum prudentia baptizari possint inuitis parentibus. non enim videtur q̄ in tali casu expectari aut requiri d̄beat consensu parentum in remotis degentium et qui nullo modo curam filioz iam habent sed sunt magis vt mortui reputandi. non enim dicendum est q̄ huiusmodi paruulis remedium d̄ sit salutis. Unde talis ordo videtur esse circa curam paruulorum vsu rationis carentium q̄ regulariter parentes curam habent iure nature filiozum quozum voluntas interpretatiua e parentum voluntas quamdiu vsu rationis carent. vnde et pater testatur pro filio et eligit ei sepulturam. decedentibus autem vel absentibus parentibus: curam filiozum habent eozum tutores si dati sint. in quo casu si paruuli serui sunt: eozum domini videntur esse tutores. q̄ si aliquo casu nec dominos habeant nec sint eis dati tutores: videtur sicut de expositis contingit q̄ quicunq̄ eos sub cura sua recipiat: sit eozum tutor. quia quod in nullius iure est: occupati conceditur. q̄ si adhuc talis tutor voluntarius deficeret: videtur q̄ ipsi paruuli impuberes manerent sub cura et tutela ecclesie et summi pastoris commissione christi cuius tales paruuli sunt agni. iuxta illud Joannis ultimo pasce agnos meos. in quo casu per ecclesiam deberet eis prouideri de necessarijs non minus ad vitaz spiritua-

lem q̄ corporalem. *sz sciendu q̄ eccl̄a prohibio sup̄pono e ad deo eto*
Tertio notandum est pro declaratione secunde conclusionis q̄ vt Sanctus Thomas deducit in hac d̄ta distinctione questione secunda articulo secundo sub articulo tertio: effectus alicuius cause dupliciter dicitur scilicet per se et per accidens. per se quidem dicitur effectus alicuius cause illud quod per ipsuz producit ad quod ex ratione causalitatis est ordinatum. sicut domus dicitur effectus per se edificatoris: quia per artez edificatiua que est ratio sue causalitatis: ad talem effectum ordinatur. effectus per accidens alicuius cause ille dicitur ad quez causa non ordinatur ex ratione sue causalitatis: sed producit ab ipsa causa ex consequenti quia accidit vel coniungitur effectui per se. quemadmodum habitatio domus ad quam ex ratione artis edificatorie: edificator non per se ordinatur. nam habitata domo constructa: est habitus finis et terminus artis edificatorie siue domus inhabitetur siue no. Scdm hoc ergo dicim⁹ q̄ effect⁹ directe et per se baptismi est ille ad quem ordinatur ex opere operato idest ex virtute baptismi a sui institutione collata: sicut est regeneratio hominis in vita spirituali: christo incorporari: ablatio peccati et alij similes effectus. effectus autem non directe et per se baptismi e qui consequitur ad baptismum non per se ex opere operato seu ex virtute baptismi collata: sed vel ex dispositione susipientis baptismum: vel ex merito vel deuotione baptizantis aut offerentis aut etiam dei specialiter misericordis: vel qualitercunq̄ talis effectus aliunde eueniat q̄ ex vi operis operati ipsius baptismi. loquendo ergo de effectu baptismi directe et per se idest ex vi operis operati: baptismus equalem effectum habet in omnibus baptizatis. fm que modum magister dicit in littera. nec melior est baptismus qui per meliorem datur: nec minus bonus qui per minus bonum datur: nec malus q̄ per malum datur. nec maius munus datur in baptismo dato a bono: nec minus in baptismo dato a malo sed equale quia no est munus hominis sed dei. loquendo vero de effectu per accidens vel ex consequenti fm modum dictum non omnes baptizati equalem percipiunt baptismi effectum. veruntamen quia in paruulis baptizatis ante vsu rationis nihil est ex parte ipsoz per quod magis vel minus ad recipien-

dum effectum baptismi disponantur quia omnes quasi pro dispositione habent eandem fidei et deuotionem ecclesie et omnes pariformiter carent dispositione que fit per usum liberi arbitrii: ideo communiter dicitur quod paruuli baptizati equalem percipiunt baptismi effectum. sed hoc est intelligendum quod est ex parte ipsorum. nam ex merito vel deuotione vel offerentium vel baptizantium vel etiam ex speciali dei providentia ac misericordia: possibile est quod in paruulis unum alio percipiat pleniorum et perfectiorum baptismi effectum quemadmodum in adultis.

Quarto Notandum est pro declaratione quarte conclusionis quod dupliciter potest intelligi aliquem baptizare ut est minister baptismi. uno modo quia baptizat non per virtutes proprias sed ut quidam instrumentum animatum principalis agentis habens ab illo virtutem quandam operandi non per modum forme immanentis sed per modum intentionis transeuntis: et isto modo qui cumque baptizat siue in casu necessitatis siue extra illum et siue sit persona ecclesiastica siue laica et siue vir siue mulier et siue sit fidelis siue infidelis: baptizat ut minister dum tamen seruet formam ab ecclesia institutam et habeat intentionem baptizandi saltem faciendi quod facit ecclesia. Alio modo dicitur aliquis baptizare ut minister quia baptizat ex officio secundum institutionem ecclesie id est qui deputatus est ab ecclesia ad officium baptizandi exercendum: et isto modo solus sacerdos est minister sacramenti baptismi ut de consecratione distinctione quarta constat. qui non solum dicitur minister sacramenti baptismi quia baptizat non propria auctoritate et virtute sed per virtutem principalis agentis sibi intentionaliter collatam: secundum quem modum omnis qui baptizat dicitur minister christi qui est principaliter baptizans secundum illud Joannis primo: super quem videris spiritum descendente et inueniente super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto: et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei: sed etiam dicitur minister ecclesie id est ab ecclesia deputatus. Secundum hec ergo dicimus quod quarta conclusio debet intelligi de baptizante ut est minister non primo modo solum sed etiam secundo modo qui scilicet est et minister christi et minister ecclesie id est ab ecclesia deputatus ad officium baptizandi

cum certa solemnitate. que licet non sit de substantia sacramenti: concernit tamen officium baptizandi secundum institutionem ecclesie quam non licet pretermittere absque peccato nisi necessitate imminente prout Sanctus Thomas inquit in hac quinta distinctione questione secunda articulo primo sub articulo primo. Circa hoc tamen videtur distinguendum inter excommunicatum vel suspensum: et inter illum qui est in peccato mortali non preclusus ab ecclesia. nam sacerdos excommunicatus vel suspensus imminente casu necessitatis baptizandi puerum si non habet in promptu qui illum possit absolueret: non peccat baptizans absque solemnitate sicut vetula vel paganus in tali casu baptizaret. nam non est in potestate sua impedimentum excommunicationis auferre et tenetur liberare puerum ab eterna morte illum baptizando. si autem habet in promptu absque periculo mortis pueri baptizandi qui illum absolueret: tenetur absolutionem petere modo debito ut absolutus ac mundus possit baptizare cum solemnitate sicut minister ecclesie. alias videtur quod peccet baptizando absque debita solemnitate. non enim licitum est ministro ecclesie ministerium suum exequi qualitercumque sed modo ab ecclesia instituto. unde videtur quod proprius sacerdos teneatur solemniter baptizare quando cumque aliquem baptizat: nisi periculum mortis baptizandi impedit solemnitatem. Si vero sacerdos existens in peccato mortali non tamen ab ecclesia preclusus casu necessitatis imminente baptizat absque solemnitate ut vetula: non videtur excusari et a peccato omissionis quia scilicet omittit baptizare modo instituto ab ecclesia et ut ecclesie minister et a peccato commissionis quia sacra pollutur tractat. et quamuis peccaret etiam mortaliter omittebat baptizare vel si existens in peccato mortali baptizaret cum solemnitate et ut minister ecclesie: non tamen dicendus est perplexus. nam in tali casu absque periculo mortis pueri: posset sacerdos saltem conteri de peccato et ita absque peccato baptizare. et si multa sint peccata quibus irretitus est ita ut de singulis specialiter conteri non posset urgente periculo mortis pueri ad minus in generali posset conteri. et in tali casu necessitatis id sufficeret ad baptizandum cum solemnitate et ut ecclesie minister sine eo quod peccatum novum incurreret. Unde cum Sanctus Thomas dicit quod sacerdos existens in peccato

mortalis non peccat si baptizet in articulo necessitatis non quasi minister ecclesie sed sicut vetula baptizaret: videtur quod intelligat illum non peccare pro eo quod existens in peccato mortali non abstinere se a baptizando et sacra tractando sicut peccaret extra casum necessitatis. quoniam in tali casu ad baptizandum tenetur ne puer sine baptismo moriatur et pereat eternaliter: multo magis quam fame morientem pascere. non autem intendit dicere illum non peccare pro eo quod baptizat existens in peccato cum possit a peccato mundari. item et pro eo quod non exercet officium suum secundum modum ab ecclesia institutum cum possit modo supra exposito. vel loquitur de illo qui positus in magna pressura subueniendi puero periclitanti: non meminit peccata recolare et de eis conteri et necessitas periculi non patitur illum solemniter baptizare. vel forte loquitur de existente in peccato mortali qui etiam est ab ecclesia precisus et non potest in promptu habere iudicem qui illum absoluat. sed hoc ultimum minus videtur de mente sua.



Quantum ad articulum

articulum quartum respondendum est obiectionibus contra conclusiones. Et quidem ad argumenta Scoti et Durandi contra primam conclusionem patet responsio ex his que dicta sunt in secundo notabili. recte enim concluderent suum propositum: nisi principibus et alijs inferioribus papa prohiberetur fuisse compellere infideles ad fidem suscipiendam. et quod iura prohibitoria videantur loqui de infidelibus adultis non cogendis: quia tamen voluntas filiorum impuberum est de iure voluntas parentum cum ipsi filij libero careant arbitrio: ideo nec parentes cogendi sunt ad fidem in seipsis nec in filiis nisi in casibus in secundo notabili annotatis. Ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem dicitur quod non militat contra conclusionem nostram. nam procedunt de effectu baptismi per accidens vel ex consequenti: qui provenire potest aliunde quam ex opere operato sacramenti. nostra autem conclusio loquitur de effectu directe et per se baptismi qui provenit ex ipso opere operato. qui equalis est in omnibus parvulis vsu rationis carere quod et arguens concedit. Ad argumenta contra tertiam conclusionem dicitur quod non militat con-

tra conclusionem. probatur enim quod in casu necessitatis a malo ministro preciso ab ecclesia romana licitum est sacramentum recipere. quod et nos concedimus si necessitas sit omnino vix generata quod aliter subueniri non possit recipienti baptismum nisi per malum ministrum. Ad argumentum Durandi contra quartam conclusionem dicitur ad primum quod procedit de ministro generaliter sumpto pro eo qui non per propriam suam virtutem baptizat sed per virtutem alterius. nostra autem conclusio loquitur de ministro magis stricte qui scilicet est per ecclesiam minister deputatus sub certa forma et solemnitate sine qua non se gerit quis ut minister ab ecclesia deputatus sicut in quarto notabili deductum fuit. unde argumentum non militat contra conclusionem. Secundum argumentum concedimus. non enim procedit contra mentem Sancti Thomae prout in quarto notabili declaratum est. Ad argumentum ante oppositum respondet Sanctus Thomas secunda secunde questione decima articulo duodecimo ad secundum quod a morte naturali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris civilis. puta si quis a suo iudice condemnatur ad mortem temporalem: nullus debet eum violenter eripere. unde nec aliquis debet rumpere ordinem iuris nature quo filius est sub cura patris ut eum liberet a periculo mortis eterne. Idem respondet tertia parte questione sexagesima octava articulo octavo ad primum. Et secundo quod dicitur articulo septimo ad secundum. Et in hoc articulo terminatur.



Circa precedentes

distinctiones queritur utrum baptismus aut confirmatio a ficto suscepta: recedente fictione sortiatum suum effectum et arguitur quod non. quia opus mortuum quod est sine charitate: non potest unquam vivificari. sed ille qui fictus accedit ad baptismum vel confirmationem: recipit sacrum sine charitate. ergo nunquam potest vivificari hoc modo ut gratiam conferat. In oppositum arguitur. quia dicit Augustinus in e. iij

libro de baptismo. tunc valere incipit ad salutem baptismus: cum illa fictio veraci confessione receserit. qui corde in malicia pseuerante vel sacrilegio peccatorum: oblationem non sinebat fieri. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli ut supra.



Quantum ad primum

articulum sit ista conclusio quod quod character quodam modo disponit ad gratiam: ideo recipienti characterem semper gratia confertur nisi ponat obicem fictiois. quo tamen remoto: gratia ipsa confertur. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. super distinctionem. 4. q. 3. arti. 2. sub. arti. primo et. 3. et. 3. pre. q. 69. articulis. 9. et. 10.



Quantum ad secundum

articulum arguit contra conclusionem contra quam arguit Durandus primo. quod effectus in actu requirit causas in actu ut videtur 2. phy. sed in eo quod plus fide recipit baptismum et postmodum recedit fictio: non suscipit actu baptismum. ergo non potest esse in eo actu aliquis effectus baptismi. ¶ 2. quod dispositio necessitatis ad formam: nunquam potest stare cum opposito forme quod quod sit dispositio necessitatis ad motum. sicut dispositio necessitatis ad formam ignis: non potest stare cum forma aque. sed character potest stare cum opposito gratie. et character non est dispositio necessitatis ad gratiam. ¶ 3. quod illud per quod homo disponit ad aliquid simpliciter et non secundum bene: non est dispositio necessitatis ad gratiam. quod quod simpliciter dicitur et absolute indifferens est ad bene vel male. gratia autem determinat ad id quod est bene. sed character disponit ad aliquid agendum simpliciter et non secundum determinationem ad bene. ergo et cetera. ¶ 4. quia illud non est dispositio necessitatis ad gratiam: sine quo datur gratia et cum quo non datur. sed sine characterem datur gratia ut in baptismo flaminis: et cum characterem quandoque non datur ut in fide accedentibus. ergo et cetera. ¶ 5. quia si in sacris est subiective aliqua virtus spiritualis agens ad effectum baptismi: tunc non apparet qualiter recedere fictione: baptismus plus susceptus possit de nouo habere aliquem effectum: quod virtus illa agit de necessitate nature nec agere potest nisi dum est. sed talis virtus non est nisi in actuali exhibitione: transit enim et non permanet. igitur nihil potest nisi in actuali exhibitione. nec valet si dicatur quod licet baptismus transeat tamen manet character ad quem

cessario sequitur gratia: quia ostensum est quod character non est dispositio necessitatis ad gratiam. ¶ 6. quod dispositio necessitatis potest accipi dupliciter. vno modo dicitur dispositio necessitatis omnis illa dispositio que necessario perigitur in subiecto ad hoc quod aliqua forma in eo introducat: sicut diaphaneitas est in aere dispositio necessitatis ad recipiendum lumen. alio modo dicitur dispositio necessitatis ad quam necessario sequitur forma. sicut ad dispositionem quam facit semetipsum in generatione hominis: sequitur infallibiliter anima rationalis. sed character nullo predictorum est dispositio necessitatis ad gratiam. ergo nullo modo. maior patet ex dictis. minor probatur. quod enim character non sit dispositio necessitatis ad gratiam primo modo: clarum est quod sine characterem potest in anima recipi gratia. nec secundo modo: quod talis dispositio non stat cum opposito forme ad quam disponit: nec se habet indifferenter ad formam et privationem forme. character autem stat cum opposito gratie et indifferenter se habet ad gratiam et culpam. quare et cetera. si autem dicatur quod character est dispositio congruitatis: patet et alias probatum est quod illud non est convenienter dictum. ergo et cetera. hec Durandus.



Quantum ad articulum tertium

notandum est quod sicut deductum fuit supra distinctio quarta sub tertio notabili ex dictis. S. Doc. character est dispositio disponens animam directe et obpropinquo ad quasdam actiones vel receptiones hierarchicas exequendas pertinentes ad diuinum cultum. et respectu harum actionum vel receptionum character est dispositio necessitatis: capiendos ipsas actiones vel receptiones secundum quod ex officio exple ri habet. ad gratiam vero recipiendam ut ibi dictum fuit: character non est dispositio necessitatis secundum modum dicendi. S. T. sed magis congruitatis modo in dicto notabili exposito. Sed videtur quod ordinatur qui per omnia sacra impunit: sit dispositio necessitatis ad gratiam sacramentalem ad quam directe et immediate disponit. ¶ Tertiam hanc duplici distinctione oportet est. vna quod dispositio necessitatis dupliciter dicitur. vno modo dicitur dispositio necessitatis omnis illa dispositio que necessario perigitur in subiecto ad formam vel actus receptionem. sicut diaphaneitas est dispositio necessitatis in aere ad recipiendum lumen. alio modo dicitur dispositio necessitatis ad quam necessario sequitur forma vel actus

ad quē disponit. quē ad modum in generatione animalis vltima dispositio quā facit semē dicitur dispositio necessitatis: quia ad ipsam necessario et infallibiliter sequitur introductio forme animalis. Alia distinctio est quia necessitas est duplex. quedā absoluta quā in omnē euentū infallibilis est. per quē modū necessariū est hominē esse cōpositum ex aīa et corpe. alia est necessitas cōdicionata quē admodū dicim⁹ necessariū esse corp⁹ graue extra p̄pū locū positum moueri deorsum. ē enī hoc necessariū: hac cōdicionē vel suppositione quod nō sit aliquid ipediēs motū deorsum. In his distinctionib⁹ p̄missis: dicimus quod character ē dispositio necessitatis p̄mo modo dispositionis et secūdo modo necessitatis ad actiones vel receptiones hierarchicas. nam ex diuina ordinatione nullus nō habēs characterē: pōt ex officij debito exercere actiones hierarchicas actiue vel passiue ad quas ordinat character. ad gr̄as vero recipiēdas: character nō est dispositio necessitatis s̄m mētē. S. Tho. sed est dispositio congruitatis. nā nō disponit p̄mo et directe ad gratiam sed ad predictas actiones hierarchicas. hoc notanter dicit. S. Tho. tā in primo opere quā in secūdo. Unde in p̄mo ope dis. 4. q. 3. ar. 1.º arguit sic quinto loco. Si dicat⁹ quod character est dispositio ad gr̄am cōtra. agēs infinitū nō requirit materiā dispositā. sed dispositio nō est necessaria nisi ad hoc quod materia sit disposita. cum ergo gratia sit ab agēte infinite virtutis: videt⁹ quod non oportet characterē dari in sacramentis ad disponēdū ad gr̄am. ecce argumentū. sequitur responsio. Ad. 5.º dicendū quod character ē dispositio ad gr̄am per quandā congruitatis dignitatē. ex hoc enim ipso quod homo mācipat⁹ est diuinis actionibus et inter mēbra xp̄i cōnumeratus: fit ei quedā cōgruitas ad gr̄am suscipiēdā. quia de⁹ perfecte in sacramētis hominī p̄uidet. vnde simul cū characterē quo datur hominī vt possit exercere sp̄iales actiones fidelīū vel passionē seu receptiones: dat⁹ gratia qua hec bene possit. hec ille. In secūdo vero ope. 3.º p. q. 63. arti. 4. sic arguit p̄mo loco. character dicit⁹ dispositio ad gr̄as. sed gratia est in essentia anime sicut in subiecto vt in secūda parte dictū est. ergo videt⁹ quod character sit in essentia anime non autem in potētis. ecce argumentum. ad quod sic respondet. Ad primū ergo dicendum quod subm̄ alicui accidētī attribuitur s̄m rationem eius ad quod propinque disponit: non autē s̄m rōnem

eius ad quod disponit remote vel indirecte. character autem directe quidem et propinque disponit animas ad ea que sunt diuini cultus exequenda. et quia huiusmodi donec nō fiunt sine auxilio gratie: quia vt dicit⁹ Joannis. 4.º. eos quod adorant deū: in spū et veritate adorare oportet: ex consequenti diuina largitas recipientib⁹ characterem largit⁹ gr̄am per quā digne impleant ad que deputant⁹. et ideo characteri magis est attribuendum subiectū s̄m rationē actuum ad diuinum cultum pertinentium quā s̄m rōnem gratie. hec ille. ¶ Neque obstat dict⁹ quod. S. Doc. supra distin. 4. q. 3. arti. 2. sub. ar. 3. in corpore dicit in baptismo in p̄mi characterem qui est immediata causa disponens ad gr̄am. quā non est dispositio necessitatis. potest enim causa vel dispositio congruitatis esse immediata. ¶ Certū tamen aliquo modo licet improprie character dici potest dispositio necessitatis ad gratiam in directe. s. ex cōsequenti in quā ex diuina ordinatione et largitate recipienti characterem sacramentalem: deus semper infundit gratiam qua habens characterem digne possit actiones vel receptiones hierarchicas perficere nisi forte ipse obicem ponat. vnde character non dicit⁹ dispositio necessitatis ad gratiam quasi efficiat in subiecto aliquam dispositionem vel qualitatez qua preparatur et fiat gratie susceptiuum vel quod sit gratie introductiua ad illam agens. ac per hoc non proprie character dici debet dispositio ad gratiam ex qua vel a qua vel per quam vel sine qua non. sed potest dici dispositio gratie ad quam: quia ad characterem sequitur in habente: infusio gratie a deo. et dicitur dispositio ad gratiam secundo modo de duobus predictis. et dicitur necessaria necessitate nō absoluta sed cōdicionata: si videlicet obicem fictionis non ponat. Ornatus vero qui cōmuniter datur in sacramentis: proprie dicitur dispositio ad gratiam quia ad id primo et directe ordinatur. et dicitur eius dispositio necessitatis: p̄mo modo dispositionis et secundo modo necessitatis. disponit enī ornatus sacramētalis et p̄parat animā suscipiētis sacramētū ad receptionem gratie. et ad illum necessario gratia cōsequitur nō absolute: sed hac cōdicionē si obicem fictionis non ponat. quo tamē remoto vtraque dispositio suū effectum habebit.



Quantus ad q̄r

tum articulū respōdendū ē ob
iectionib⁹ cōtra cōclusionē. Et
quidē ad primū respōdet ex di
ctis. S. T. ad simile argumen
tū de potētia dei. q. 3. ar. 11. ad. 5^m. fuit enī argu
mētū quito loco. Qd agit i virtute alteri⁹; agit
vt instrumētū illius. instrumētū autē nō mouet
nisi motū. mouēs autē et motū oportet esse si
mul vt. pbat. 7^o. phy. cum ergo virt⁹ q̄ est in se
mine nō sit cōiuncta anime sensibili generantis
videt q̄ nō possit agere vt instrumentū ei⁹ nec
in virtute illius. ecce argumētū. sequit respōsio.
Ad. 5^m. dicendū q̄ instrumētū intelligit moue
ri a pncipali agēte quādiu retinet virtutes sibi a
pncipali agēte impressam. vnde sagitta tādū
mouet a pncipiente: quādiu manet vis impulsus
pncipientis. sicut etiā generatū tādū mouet a ge
nerate in graub⁹ ⁊ leuib⁹ quādiu retinet formā
sibi traditā a generate. vnde et semē tādū intel
ligit moueri ab aia generātis: quādiu remanet
sibi vis imp̄ssa ab aia licet corporaliter sit diuisus.
oportet autē mouēs et motū esse simul quātum
ad mor⁹ pncipiū: nō tñ quātū ad totū motū
vt apparet in pietis. hec ille. Ex qb⁹ verbis res
pōdem⁹ in pposito nō pmo ad maiorē q̄ effe
ctus in actu requirit causā in actu in pncipio mo
tus vlt actionis: nō necessario in toto pcessu sed
sufficit virt⁹ ab ipsa causa relicta q̄ cōpleat effe
ctū. Secūdo respōdet ex hoc ad minorē q̄ quā
uis recedēte fictione nō sit baptism⁹ exterior: id
est ipsa ablutio in aq̄: manet tñ virt⁹ ipsius i cha
ractere vel ornatu p quā effectus consequitur.
Ad. 2^m. dicat pmo q̄ nō militat cōtra Sāctū
Thomā q̄ nō ponit characterē eē. pprie disposi
tionē necessitatis ad grām sed cōgruitatis vt fu
it in notabili declaratus. Dicit secūdo q̄ maior
habet veritatē d̄ dispositione necessitatis abso
lute qlis dispositio nō est character aut ornat⁹
sacramēntalis respectu gr̄e. s̄ ē dispositio neces
sitatis cōdicionate modo exposito in notabili.
et hec stare pōt cū opposito forme ad quā dispo
nūt. sicut gravitas q̄ ē dispositio necessitatis ad
locū deorsum: stare pōt cuz loco sursum i corpe
p̄hibito descēdere. Ad. 3^m. dicat q̄ maior p
positio vniuersalit̄ sumpta est falsa. nā potentie
naturales intellect⁹ et volūtatis: dispositiones
sunt hominis ad hucus virtutū recipiēdū: et tñ
ipse potētie hominē disponūt ad aliqd simplici

ter et nō s̄m bene determinate. Ad. 4^m. d̄
p̄mo q̄ nō militat p̄tra Sāctū Thomā q̄ nō po
nit characterē esse dispositionē necessitatis res
pectu gratie. Dicit secūdo q̄ maior hēt veritatē
de dispositione necessitatis absolute non condi
cionate q̄ pōt impediri ab effectu cōdicionē nō
stante. et talis necessitatis: character est disposi
tio ad grām. Ad. 5^m. d̄ ad maiorē q̄ licet vir
tus sacramenti postq̄ transit vltus baptismi nō
maneat actu in se: manet tamē in virtute sui ef
fectus. s. characteris et ornat⁹. et ad hui⁹ impro
bationē d̄ q̄ quānis character nō sit. pprie dis
positio necessitatis ad grām: sufficit tñ q̄ sit dispo
sio congruitatis ad effectum gratie q̄ non da
tur ex necessitate characteris sed ex diuina ordi
natione. Ad. 6^m. dicitur q̄ minor est falsa. im
mo loquēdo improp̄e de dispositione necessita
tis qualis attribuitur characteri: character ē dis
positio necessitatis secūdo modo. et ad hui⁹ im
probationē dicim⁹ q̄ maior hēt veritatē de dis
positione necessitatis absolute: nō cōdicionate
qualis dispositio ē character vt dictum ē. Ad
argumētū ante oppositū respōdet. S. Tho. su
pra distin. 4. q. 3. ar. 2. sub. ar. 3. ad primum q̄
baptismus magis habet efficaciam ex ope opa
to qd est opus dei et nō hominis. et ideo nō po
test esse mortuū propt̄ hominis fictionē. Idē
respondet. 3^a. p. q. 69. ar. 10. ad primum. Et in
hoc articulus terminatur.

Distinctio septima.



I circa se
ptimam distin
ctionē querit̄
vtrū sacerdos
simplex etiā
si non sit epis
cop⁹ possit cō
firmare et ar
guē q̄ sic. qz i
sacramētis ex
parte conferē
tis requiritur ordo et intentio. sed episcop⁹ nō
habet aliquem ordinem vel characterem quez
non habeat simplex sacerdos. ergo sicut episco
pus ita et sacerdos simplex potest confirmare
si habeat intentionem confirmandi. In op

positum arguitur. quia soli episcopi in locum apostolorum succedunt. sed soli apostoli in primitia ecclesia manus imponebant quod erat confirmare. ergo soli episcopi nunc possunt confirmare. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



Quantum ad primum articulum sit hec conclusio q̄ simplex sacerdos nō episcopus cōfirmare potest ex cōmissione solius pape. Hanc cōclusionem tenet Sanctus Thomas in hac dīstinctione questione tertia articulo primo sub articulo tertio. Et tertia parte questiōe septuagesima secunda articulo vndecimo ad primū.



Quantum ad secundum articulum arguendus est contra conclusionem. contra quam arguit Durandus multipliciter. Primo sic quia de integritate cuiuslibet sacramenti sunt materia et forma et minister. sed papa nō potest mutare aliquid circa formam sacramentorum vel circa materiam. ergo nec circa ministrū. aut ergo simplex sacerdos ex institutione diuina est minister confirmationis: et tunc absq̄ cōmissione pape potest eam conferre. aut non est minister sed solus episcopus: et tunc neq̄ cōmissione pape potest eam conferre. ad hoc tamen posset aliquis dicere q̄ minister non est ita dīstinctus a sacramento sicut materia et forma. qz materia et forma sunt intrinseca sacramēto. minister autem extrinsece se habet ad ipsum. ppter quod aliqua variatio potest fieri circa ministrum et non circa materiam vel formam. quod patet in sacramento penitētie in quo potest fieri variatio circa ministrum per papam sicut cū papa dat aliquibus priuilegium absoluendi cū prius absoluere non possent. vel cum subtrahit ab his qui prius habuerunt. nūq̄ tamē potest mutare materiam aut formam sacramenti penitētie. et similiter videtur q̄ posset facere circa alia sacramenta vt scilicet posset variare ministrum non autem materiam vel formam. ¶ Sed istud non videtur: primo quia papa circa sacramentum penitētie non mutat ministrū quia minister eius est omnis sacerdos: cum omni sa-

cerdoti dicatur accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata et cetera. sed subtrahit materiam isti vel illi sicut sibi placet. quod ē p̄ tanto quia cum sacramentū penitētie sit iudicialē: materia huius est peccator subditus. potest autem papa facere q̄ subditus isti sacerdoti: sibi amplius non sit subditus. et sic subtrahit isti vel illi materiam absoluendi. qua subtracta non potest soluere ne ligare. sicut si sacerdoti subtraheretur panis et vinum: non posset conficere. similiter papa potest alicui subdere subditum qui prius ei non erat subditus: et tūc poterit eum absoluere quez prius non poterat ex defectu materie. nō ergo mutat papa ministrū penitētie sicut nec in aliis sacramētis: sed dat materiam vel subtrahit. ¶ Vel potest alio modo dici q̄ papa ministrum alicuius sacramenti mutare non potest: potest tamen precipere q̄ nullus a tali vel tali ministro recipiat sacramenta et tunc recipiens contra inhibitionē pape peccat nec recipit gratiam. et quantum ad sacramentum penitētie nihil omnino recipit nec sacramentum nec rem sacramenti. nō quia sacerdos non sit minister: sed quia confessio non est integra quando tacet peccatum quod actu cōmittit et sic est defectus in materia. aut si non tacet nihilominus non recipit rem sacramēti scilicet gratiam cum actu cōmittat culpam: est tamen verum sacramentum. sed quia totus effectus penitētie est remissio culpe: ideo sacramentum ē in tali iterandum sicut esset aliud sacramentū per quod nihil penitus esset factum. nec valet quod dicitur ministrum se habere extrinsece ad sacramentū et materiam et formam intrinsece: qz sicut minister conferens se habet extrinsece ad sacramentum: sic et suscipiens ipsum. sed vbi suscipiens aliquod sacramentum est determinat⁹ sicut in extrema vnctione infirmus vel in ordine masculus: per papam mutari non possunt. vnde nullum est sacramentum si sanus inūgat vel mulier ordinetur. ergo similiter circa ministrū nihil omnino potest mutari absq̄ euacuatione sacramēti quāuis extrinsece se habeat ad sacramentum. et hoc est secundum argumētū. ¶ 3^o. arguit sic. dispensare sacramenta quorum actus respicit corpus xpi mysticum: non conuenit pape aut episcopis ratione iurisdictionis. qz cum papa electus et episcopus cōfirmatus habeant plenariam iurisdictionem antequam sint consecrati: possent tunc sacramenta cōferre seu

dispensare quod est falsum. ergo non competit eis ratione iurisdictionis sed ratione consecrationis. sed ea que consecrationez respiciunt: nō consecrato committi non possunt vt habetur extra d̄ consecratione ecclesie vel altaris caplo vltimo. ergo papa vel episcopus non possunt non episcopo cōmittere q̄ possit alia sacramenta conferre. ¶ 4°. arguit sic. papa non habet maiorem potestatem q̄ episcopus nisi in foro causarum. si ergo ex commissione pape simplex sacerdos potest conferre confirmationem vel minores ordines: idem poterit quilibet sacerdos ex commissione proprii quod a nullo conceditur. ¶ 5°. quia sicut in baptismo confertur potestas suscipiendi sacramentum: sicut ordine dispensandi ea. sed papa non potest facere q̄ non baptizatus suscipiat veruz sacramentū. ergo non potest facere q̄ non ordinatus illa ordinatione qua quis recipit potestatem dispensatiuam confirmationis vel ordinis: possit hoc sacramentum conferre. ¶ 6°. quia mirum esset si aliquis posset in actionem respectu eius cui⁹ non habet potentiam. s̄m istos autem character ordinis vel baptisimi sunt potestas suscipiendi et conferendi sacramenta. nullus autem potest habere characterem baptisimi vel ordinis ex commissione pape: sed requiritur susceptio sacramentorum. ergo nō habenti characterem ordinis per susceptionem sacramenti: non potest per quemcūq; committi actus illius sacramenti. Item deducatur vt prius. quia minister confirmationis aut est ordinatus ordine episcopali: aut simplicis sacerdotis. si episcopali: cōmitti non potest non episcopo. si simplicis sacerdotis: simplicis sacerdoti non est necessaria commissio nisi forte propter prohibitionem ecclesie ad vitandum culpam inobedientie. ¶ 7°. arguitur quia ratio tue opinionis non videtur concludere. cum enim dicit q̄ papa habet plenitudinem potestatis super corpus mysticum verum est vnam qua potest sacramenta dispensare: sed non cōmittere cum hec sit potestas cōsecrationis in qua cum ip̄o cōmunicant omnes episcopi. aliam potestatem habet que est iurisdictionis que est in scrutando citando excommunicando suspendēdo in qua nullus ei equatur. et hanc potest cōmittere alicui vel in toto vel in parte. sed de hoc nihil ad propositum: sed d̄ prima que cōmitti non potest. ¶ 8°. quia quod dicitur q̄ illa cōmissio non potest fieri nisi sacer-

doti qui habet potestatem super corpus domini verum: non videtur cogere. quia a corpore domini vt cōsideratur in se vel per se puta passio vel mortuo: influit gratia in corpus mysticū et non ab ipso solum vt est in sacramento. sacerdos autem non habet potestatem super corpus domini verum vt est in se sed solum prout est in sacramento. et ideo quantum est de virtute sermonis vel rationis: non est necessarius q̄ sibi soli competat dispensatio sacramentorum per que effluit gratia super corpus mysticum. quod etiaz patet. quia aliis a sacerdote potest conferre baptismum quantum est de ratione sacramenti: licet ex institutione ecclesie solus sacerdos habeat auctoritatem ministerij. ¶ 9°. quia cum dicitur q̄ presbyteri cardinales conferunt minores ordines: dicenduz est q̄ eque dubium est de minoribus ordinibus et de confirmatione. non enim daret quomodo possint a non episcopo conferri si solus episcopus ex ordinatione christi sit horum sacramentorum minister. si vero omnis sacerdos sit minister s̄ ex ordinatione ecclesie reseruatur solis episcopis tunc quilibet sacerdos potest vere confirmare et minores ordines conferre licet peccet conferendo faciens contra statutuz ecclesie. ecclesia enim potest ministrum sacramenti ligare suo statuto: sed nō potest irritare sacramentum cōcurrentibus his que sunt de necessitate sacramenti. et si hoc est verum: tūc Gregorius potuit cōferre sacerdotibus q̄ licite confirmarent qui alias peccassent confirmando licet alias cōfirmassent. si autem non est ita sed solus episcopus est minister: nescio cur non possit dici q̄ Gregorius cum fuerit homo et non deus errare potuerit. ¶ 10. quia videtur q̄ proprius minister confirmationis sit episcopus per illud quod dicitur d̄ consecratione distinctione quinta. minister autem minorum ordinum videtur esse simplex sacerdos vt patet per illud quod dicitur extra de ordinatis ab episcopo qui resignauit episcopatu capitulo primo.



Quantuz ad ar-

ticulum tertium notandum ē q̄ circa conclusionem: difficultatem facit ex vna parte quia insituere ecclesie sacramenta et ea que de necessitate sunt sacramenti: perti-

net ad solam potestatem excellentie christi s; comūnem theologorum doctrinam. quam potestatem vt communiter dicitur christus hominibus non communicauit sed sibi reseruauit q̄uis communicare potuerit. cum ergo minister sit de necessitate sacramenti qui sacramentum conficiat et suscipientibus conferat: videtur q̄ instituire et determinare ministrum sacramentorum solius sit potestatis christi non alicuius hominis puri. Ex alia parte difficultatem facit quia confirmatio qua linuntur baptizati christumate in fronte: est sacramentum magnum vt magister dicit in littera et habetur de consecratione distinctione quinta in capitulo de his vero et capitulo manus. cuius sacramenti proprius minister est sacerdos episcopus ita vt per inferiores etiam sacerdotes perfici nō possit sed irritum habeatur et vacuum si ab his hoc sacramentum conferatur nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta vt habetur in dicto capitulo manus. et tamen vt dicitur in capitulo peruenit nonagesima quinta distinctione Gregorius papa commisit simplicibus sacerdotibus sacramentum cōfirmationis baptizatis ministrare. in quo facto videtur ministrum sacramenti mutasse et nouum instituisse. quod Gregorius nequa q̄ fecisset: nisi id de iure facere potuisset. nō enim fas est credere Gregorium in eo quod de necessitate est sacramenti errasse. nam veritas sacramentorum ecclesie concernit veritatem fidei in qua romanus pōtifer errare non potest iuxta promissionem domini dicētis Luce vigesimo secundo. si non ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. quod inducens Bernardus scribens Innocentio pape. oportet inquit ad vestrum referri apostolatus pericula queq; et scandala emergentia in regno dei ea presertim que de fide contingunt. dignum namq; arbitro: ibi potissimum resarciri dāna fidei vbi fides defectum habere non posset. hec quippe prerogatiua est huius sedis. cui enī alteri dictum est ego pro te rogauī petre vt non deficiat fides tua: hec Bernardus. Quia ergo vera sunt que pro vtraq; parte inducuntur et communi doctorum probatur sententia: oportet vnum vel alterum dictum saniori intelligentia temperare. Unde circa primū dictum considerandum est q̄ vt magister dicit in prima distinctione huius quarti: duo sunt in quibus sa-

cramenta ecclesie consistūt scilicet verba et res. hec enim intrinsece et substantialiter constituunt sacramenta. vnde Augustinus dicit super iohannem. accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. et quia propria et specifica ac distincta ratio cuiuscunq; rei accipitur ex his que substantiam eius constituunt: inde est q̄ cuiuslibet sacramenti sunt determinate res et determinata verba quibus essentialiter perficitur et a singulis aliorum sacramentorum distinguitur. minister autem sacramentum cōferens q̄ sit cuiuslibet sacramento necessarius: non tamen est pertinens intrinsece ad essentiam sacramenti: sed habet se ad illam extrinsece quod et generaliter commune est causis agentibus. ex quo fit vt non cuiuslibet sacramenti sit proprius et determinatus minister sed vnus sit plurium nō solum vnitāte nature sed etiam vnitāte status et ordinis ecclesiastici. immo vnus omnium sacramentorum minister est sicut sacerdos episcopus. Simplex etiam sacerdos minister est omnium sacramentorum: preter q̄ ordinis sacri et confirmationis. Unde videtur q̄ determinatio ministri sacramentorum non sit ita propria et substantialis sacramentis quemadmodum determinatio rerum et verborum ex quibus sacramenta essentialiter constituuntur sicut per materiam et formam. ac per hoc q̄ nō eque pertineat ad potestatem excellentie christi determinatio ministri sacramentorum sicut rerum et verborum determinatio. Consonant hec his que Sāctus Thomas dicit in hac distinctione questione prima articulo secundo sub articulo tertio in corpore. quodlibet inquit sacramentum determinat sibi principale agens q̄ ad necessitate sacramenti: quia non habet efficaciam aliquam nisi ex auctoritate domini et merito ipsius. sed nō quodlibet sacramentum determinat sibi ministrum quantum ad necessitate in sacramenti: sed quandoq; solum q̄ ad solemnitatem sicut patet in baptismo. Quamobrem licet verum sit prout communiter dicitur q̄ potestatem excellentie circa institutionem sacramentorum christus ecclesie aut eius prelati non communicauerit: nihilominus probabiliter dici potest q̄ determinationem ministri quorundam sacramentorum commiserit ecclesie et presertim summo eius prelati vicario christi generali in terris. quemadmodum etiā commisit legitimariem et determinationem personarum ad sacra

mentum matrimonij contrahendū. non enim videtur minoris potestatis esse determinare et legitimare personas ad suscipiendum sacramentum quā ad illud conferendum. In sacramento etiam penitentie per ecclesiam apponuntur conditiones quibus sacramentum efficax sit et non aliter. Unde videtur probabiliter dici posse quod determinationem ministri in sacramento baptismi: christus precesse non determinauerit sed quod summo ecclesie prelato id commiserit. quia ut tenet consuetudo ecclesie omnis homo sine differentia status vel sexus aut ordinis conferre potest sacramentum baptismi. hoc autem non videtur ex diuina institutione expresse concessum. nam non legimus huius sacramenti ministerium fuisse commissum a christo alijs preterquam apostolis quibus dixit Abathai ultimo. euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. apostoli autem pro tunc omnes sacerdotes erant a domino consecrati in die cene quando instituto corporis et sanguinis ipsius sacramento: dictum est illis hoc facite in meam commemorationem. et inde videtur quod ecclesia rationem sumpsit ordinandi quod officium baptizandi competere solis sacerdotibus ut in capitulo constat de consecratione distinctione quarta. Et nonagesima tertia distinctione capitulo diacones. Quod autem omnis vtriusque sexus cuiuscumque gradus status vel condicionis sit conferre possit sacramentum baptismi verum et ratum atque efficax non legitur a christo institutum. unde videtur quod ecclesie ordinatione factum fuerit per potestatem sibi a christo collatam vel speciali revelatione vel alias familiari traditione facta apostolis aut ecclesie prelati. Et huic consonat quod Sanctus Thomas dicit infra distinctione vigesima tertia questione secunda articulo primo sub articulo primo in corpore quod laicos baptizare posse in casu necessitatis: est diuina dispensatione factum: ut nulli regenerationis spiritualis facultas desit. non enim sola humana auctoritate posset ecclesia id instituere eo quod virtus ministri sacramentorum supernaturalis sit nec nisi diuina communicatione et infusione ab homine potuit participari. Et confirmatur. quia institutio sacramentorum quod ad ea que sunt necessitatis pertinet ad potestatem excellentie christi. Unde Sanctus Thomas tertia parte questione sexagesima quarta articulo secundo ad primū

illa inquit que aguntur in sacramentis per homines instituta: non sunt de necessitate sacramenti sed ad quandam solemnitatem que ad habeatur sacramentis ad excitandam deuotionem et reuerentiam in his qui sacramenta suscipiunt. ea vero que sunt de necessitate sacramenti: ab ipso christo constituta sunt qui est deus et homo. **C**onfirmatur autem videtur probabiliter dici quod minister sacramenti confirmationis non fuit precesse determinatus a christo: sed vel simpliciter vel quantum ad aliquid aut in casu: eius determinatio fuit ecclesie id est summo ecclesie prelato aliquo dictorum modorum commissa. Forte enim ut petrus de palude dicit: christus determinauit quod esset sacerdos: cuius tamen qualitatem et ordinem commisit determinandum summo ecclesie prelato. qui ut videtur ex capitulo de his vero cum duobus capitulis sequentibus de consecratione distinctione quinta decreuit ministerium sacramenti confirmationis esse episcopum: non aliquem inferiorem nec etiam simplicem sacerdotem. ita ut si hoc sacramentum ab alio quam ab episcopo conferretur irritum fuisset et vacuum. que constitutio ortum videtur habuisse a tempore apostolorum qui soli hoc sacramentum conferebant in primitiua ecclesia. Unde Actuum octauo legitur quod paulus et iohannes fuerunt missi in samariam ad conferendum sacramentum confirmationis his qui a philippo baptizati fuerat. non enim philippus episcopus fuit sed diaconus. unde super illud manus imponebant eodem capitulo dicit glosa. philippus qui samarie euangelizabat: vnus de se preter fuit. si enim apostolus esset: manus imponere posset ut spiritum sanctum acciperent quod solis episcopis licet. Et quia par in parem non habet imperium nec summus pontifex legibus predecessoris sui artatur ut in capitulo significasti et capitulo innotuit de electio. et vigesima quinta questione prima capitulo ideo permitte: videtur quod beatus Gregorius potuit potestatem dare sacerdotibus non episcopis ministrandi sacramentum confirmationis ac per hoc ministerium huius sacramenti mutare prout habetur in capitulo peruenit nonagesima quinta distinctione. Ista probabiliter dicta sunt salua ecclesie determinatione ac maiorum sententia ad factum beati Gregorii saluandū. Itaque enim putandum est quod tantus vir magna scientia preeditus ac sanctitate: errasset concedens quod


non potuisset circa id quod est de necessitate sacri. nec propter scandalum vitandum fieri debuit aliquid contra veritatem sacramenti que concernit veritatem fidei. nam iuxta Hieronimi sententiam potius scandalum nasci permittitur quam quod veritas relinquatur. Ad sensum predictorum possunt accipi verba Sancti Thome tertia parte questione. 72. articulo undecimo ad primum ubi dicit quod papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis ex qua potest quedam que sunt superiorum ordinum committere inferioribus quibusdam sicut aliquibus presbyteris concedit conferre minores ordines quod pertinet ad potestatem episcopalem. et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius papa quod simplices sacerdotes hoc conferrent sacramentum quamdiu scandalum tolleretur. Hec Sanctus Thomas. Et videtur quod plenitudo potestatis de qua hic loquitur Sanctus Thomas non solum sit potestas ordinaria pape sed simul cum ea etiam potestas ex speciali christi commissione circa determinationem aliquorum que sunt de necessitate sacramentorum ad quam plenitudo potestatis pape ordinaria non se extendit. Unde Sanctus Thomas tertia parte questione. 64. articulo. 2. ad tertium. apostoli inquit et eorum successores sunt vicarii dei quod ad regimen ecclesie constitute per fidem et fidei sacramenta. unde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam: ita non licet eis tradere aliam fidem nec instituire alia sacramenta. sed per sacramenta que de latere christi pendentes in cruce fluxerunt dicuntur esse fabricata ecclesia christi. voco autem plenitudinem potestatis ordinariam quam christus petro et eius successoribus communiter tradidit. Ea autem que Sanctus Thomas dicit in primo opere videntur dicta secundum potestatis ordinarie plenitudinem. Sed quia difficile est videre quomodo papa de potestate ordinaria possit determinare ministrum sacramenti propter rationes superius tactas: ideo videntur accipienda ad sensum predictum ea que in secundo opere scripsit. Et ad hoc facit quod Sanctus Thomas dicit tertia parte questione sexagesima sexta articulo. 6. in corpore. sacramentum inquit habet efficaciam ab institutione christi. ideo si pretermittatur aliquid eorum que christus instituit circa aliquod sacramentum: efficaciam caret nisi ex speciali dispensatione eius qui virtutem suam sacramentis non alligavit. Et simile est quod dicit supra questione. 64. articulo. 2. ad primum. ea vero inquit que fiunt de necessitate sacramenti: ab ipso christo constituta sunt qui est deus et homo. et licet non sint om-

nia tradita in scripturis: habet tamen ea ecclesia ex familiari apostolorum traditione sicut apostolus dicit prima Corinthiorum undecimo. cetera cum venero disponam. Quibus autem non placuerit iste modus dicendi: oportet ut dicant quod christus per seipsum instituit et determinavit ministrum baptismi esse omnem hominem cuiuscumque status sexus aut condicionis fuerit: quamuis hoc in scriptura sacra expresse non habeatur. et tunc necesse habent dicere quod ex ordinatione ecclesie institutio christi circa ministrum baptismi fuerit limitata et coartata extra casum necessitatis ad solos presbyteros. ut in capitulo constat. et capitulo diacones supra allegatis. et quod ecclesia seu ecclesie prelatus potestatem habuit ad id ordinandum ex divina commissione quatercumque facta. Rursus quibus non placet quod dictum est de ministro confirmationis sed quia christo fuerit expresse institutus et determinatus: quia secundum iura supra allegata talis minister est episcopus et non aliquis inferior: oportet dicere unum et duobus. Vel quod beatus Gregorius dispensavit circa ministrum confirmationis pro illa vice ex familiari instinctu vel revelatione spiritus sancti et quod postea non licuit etiam summo ecclesie prelato talis dispensatio nisi facta fuisset illi confirmatio divina revelatio. Vel sicut dicit Scotus quod beatus Gregorius potuit ad sedandum scandalum quod pro tunc in illis partibus excitabatur: facere presbyteros illius regionis episcopos ad hoc sacramentum conferendum: non quod ad alios actus episcopales ita ut quilibet eorum vere confirmaret tanquam episcopus. et potuerunt ad id profici episcopi: ipsis etiam et populis ignorantibus.



Qantum ad articulum quartum patet responsio ad omnia argumenta contra conclusionem per ea que dicta sunt in notabili. Ad argumentum ante oppositum patet responsio ex supradictis.

Distinctio. viij. et. ix.



Circa octauam et nonam distinctiones quaeritur utrum forma sacramenti eucharistie sit conueniens. scilicet hoc est corpus meum: et hic est calix sanguinis mei. et arguitur quod non. quia

forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti. unde sacramentum baptismi quandoque perficitur solis verbis forme prolatis et omnibus alijs pretermisissis. si ergo predicta verba sint forma sacramenti huius: videtur quod aliquando hoc sacramentum possit perfici his solis verbis prolatis et omnibus alijs pretermisissis quae in missa dicuntur. quod tamen videtur esse falsum quia ubi alia verba pretermittuntur: predicta verba acciperentur ex parte sacerdotis proferentis in cuius corpus et sanguinem panis et vinum non conuertuntur. non ergo predicta verba sunt forma huius sacramenti conueniens. **I**n oppositum arguitur quod Ambrosius dicit in libro de sacramentis quod consecratio fit verbis et sermonibus domini iesu. nam per reliqua omnia que dicuntur: laus deo defertur. oratione petitur pro populo pro regibus pro ceteris. ubi autem sacramentum conficitur: iam non suis sermonibus utitur sacerdos: sed utitur sermonibus christi. ergo sermo christi conficit hoc sacramentum. **I**n hac questione erunt quattuor articuli ut supra.



Qantum ad primum articulum sit prima conclusio quod eucharistia est sacramentum. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctio. 8. q. 1. articulo primo sub arti. primo. Et tertia parte. q. 63. articulo primo. **S**ecunda conclusio est quod eucharistia est unum sacramentum. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctio. ubi supra sub. ar. 2. Et tertia parte ubi supra arti. 2. **T**ertia conclusio est quod forma consecrationis panis completa et precisa consistit in his verbis. hoc est corpus meum. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctio. q. 2. arti. primo sub. arti. primo et. 2. Et tertia parte. q. 78

arti. 2. **Q**uarta conclusio est quod in hac oratione hoc est corpus meum: hoc non significat determinate illud quod demonstrat quando profertur. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctio. loco proxime allegato sub. arti. 4. ad primum. Et tertia parte. q. 78. arti. 5. **Q**uinta conclusio est quod completa forma consecrationis sanguinis est ista. hic est calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctio. q. 2. arti. 2. sub articulo primo. Et tertia parte. q. 78. articulo. 3.



Qantum ad se-

cundum articulum arguendum est contra conclusionem. Et quidem contra primam conclusionem arguit Aureolus probando primo quod in probatione conclusionis inconuenienter dicitur sit quod corpus christi cum speciebus concurrat pro modo unius virtutis et arguitur sic. quia illud quod est res sacramenti: non est sacramentum saltem non est virtus sacramenti. quia finis virtus quae cum elemento est sacramentum: non est res sacramenti. unde in baptismo character et gratia non sunt virtus sacramenti eo quod sunt res ipsae sacramenti. sed corpus christi est vere res significata per sacramentum eucharistie. sic enim diffinit capitulo cum marthe. de cele. missa. et de conse. disti. 2. capitulo in christo. quod res huius sacramenti est duplex. scilicet corpus christi et charitas in mente fidelium. Similiter magister idem dicit in presenti distinctio. ergo intra sacramentum eucharistie non ingreditur corpus christi sed tantummodo species et verba. **Q**uod arguit contra aliud dictum probando quod species non sint materia huius sacramenti. quia illud non est materia huius sacramenti: in quo recipitur primus effectus sacramenti. non enim res sacramenti recipitur in materia sacramenti sicut character baptismi non recipitur in aqua sed in anima. sed in speciebus panis recipitur prima res huius sacramenti puta corpus christi. ergo tunc. **C**onfirmatur. quia finis materia sacramenti est illud quod recipit virtutem infusam quae ponitur agere instrumentaliter saltem ad primam rem huius sacramenti. hic autem nulla est talis virtus. nam corpus christi non est hoc modo virtus nec pars virtutis ut probatum est cum sit res sacramenti. **C**onfirmatur. quia diaconus non potest dici materia ordinis et ratio est quia recipit primum effectum ordinis. ergo cum species hoc modo primum effectus sacramenti huius recipientur: sunt enim tegumentum sub quo virtus diuina operatur salutem sicut Ambrosius. quae non sunt proprie

proprie materia huius sacramenti. **C.** 3^o. arguit
 qd vniuersus huius sacramenti est pars essentialis hu-
 ius sacramenti. qz illud quod facit aliquid circa
 sacramentum quod figurat: vere pertinet essen-
 tialiter ad illud sacramentum. de ratione enim
 sacramenti est qd efficiat quod figurat. sed sic est
 de comestione. quia licet sacramentum habeat
 primū effectum et rem sacri puta corpus christi
 non tamē habet secundum effectum qui est vni-
 tas et charitas fidelium. immo absq; sumptione
 sacramenti non habent species qd significant ta-
 lem vniōem fidelium et ecclesie cuius christo. er-
 go etc. **C.** Confirmatur. quia illud quod non tā-
 tum ex deuotione sed ex opere operato signifi-
 cat et efficiat id quod significat: est vere sacra-
 mentum. patet per diffinitionem sacramenti quam
 ponit magister. sed acceptio et sumptio corpo-
 ris christi est huiusmodi. non enim efficiat quod
 significat ex deuotione sumētis sed ex opere o-
 perato. pone enim duos habētes equalem actū
 deuotionis. vn^o celebret missam et alius audiat.
 in istis est inequalis fructus sacramenti stāte e-
 quitate deuotionis. hec ille. **C.** Contra secundam
 conclusionē arguit Aureolus probādo qd istud
 sacramentum non sit dicendum vnum vnitatem
 integritatis precese. quia vbi est sola vnitatis inte-
 gritatis: non est verum dicere qd accipiēs vnā
 partem accipiat totum. sicut non potest dici qd
 habens manum habeat totum corpus. sed reci-
 piens corpus domini: recipit vere totum sacra-
 mētum. vnde recipiēs baptismum et confirma-
 tionem et solum corpus domini cum alijs sacra-
 mentis: vere dicitur qd recipit omnia sacramen-
 ta. et ista ratio eque probat qd istud sacramētum
 non solum dicitur vnu et vnitatem refecionis. hec
 ille in forma. **C.** Contra tertiam conclusionem
 arguit Scotus probādo qd non solum illa ver-
 ba hoc est corpus meum: sint precesa forma con-
 secrationis corporis christi. primo qz verba sa-
 cramentalia ex vi verborum debent significare
 illud quod efficiatur ex vi sacramēti. sed ex vi hu-
 ius consecrationis efficiatur qd ibi sit verum cor-
 pus christi. ergo verba sufficienter ex vi propria
 debent significare proprie ibi contineri corpus
 christi. sed hec verba hoc est corpus meum pro-
 lata sine precedentibus hoc non significāt abso-
 lute quia li meum significatur referri ad perso-
 nam loquentis. qz licet minister possit intende-
 re vt loquatur in persona christi: non tamē pp-
 ter hoc significatum illorum esset: quia li meum
 non demonstraret corpus christi sed corpus lo-
 quentis. sicut si inciperem sic loqui mea doctri-

na non est mea: licet intenderem loqui in perso-
 na christi: tamē ex vi verborum non habetur qd
 ista doctrina sit christi sed illius qui loquit. sicut
 angelus quando loquebatur in psona dei: ego
 sum deus abraham. et per consequens non esset
 propositio falsa pro sensu pro quo fieret. tamē
 non erat proprie significatus huius propositio-
 nis qd li ego supponeret pro psona dei. **C.** 2^o. ar-
 guit quia dicit Ambrosius de conse. dis. 2^a. pa-
 nis est in altari. sermo christi creaturam mutat.
 consecratio quibus verbis fiat attendite. accipi-
 te et edite et hoc omnes. hoc est corpus meum.
 vbi videtur coniungere illa verba scilicet accipi-
 te tanq; verba consecrationis. sed nō est intelli-
 gendum tanq; sicut essentialiter pertinentia ad
 necessitatem consecrationis: sed tāq; necessario
 premittenda. et nō solum illa sed plura alia pre-
 cedētia in canone: ex quibus possit ex vi sermo-
 nis haberi qd ista verba hoc est corp^m meum: di-
 cuntur in persona christi. vnde non sine causa
 ecclesia ita cōnectit totum canonem misse qd ab
 illo loco: cōmunicātes vsq; ad illum locum: sup-
 plices te rogamus omnipotēs deus: non est ali-
 qua oratio que non necessario cōnectat cum p-
 cedente vel per copulam vel per coniunctionē
 copulatiuam sicut hanc ergo oblationem et hu-
 iusmodi. vel per nomen infinitum vt quā obla-
 tionem et cetera. et qui pridie qd etc. et post conse-
 crationem supra que propitio et etc. vel per rela-
 tionem vt ibi simili modo et etc. hec Scotus in for-
 ma. **C.** Contra quartā conclusionē arguit Sco-
 tus probādo qd in hac oratione hoc est corpus
 meum: li hoc demonstrat aliquid determinatuz
 scilicet vel in tēpore presenti vel in futuro et nō
 aliquid commune vtriq;. primo quia licet non
 oporteret qd hoc pronomen hoc demonstraret
 aliquid pro determinato tēpore cui conueniret
 tamen sicut tu arguis significatio orationis cō-
 stituitur ex significato partium et partes signifi-
 cant quādo proferuntur. ideo fin te etiam ne-
 cesse est dicere qd li hoc quando proferitur: illud
 significat etiam quod tunc demonstrat. tunc autē
 non videtur posse demonstrare aliquid quod
 non est tunc contentuz sub illis speciebus. qz sic
 posset dici hic ignis est aqua vel hoc corpus est
 aqua loquendo de igne statim conuertendo in
 aquam. et faciendo talem demonstrationem ad
 sensum in obliquo ad intellectum i recto et hoc
 distinguendo corpus quod nunc est vel in pro-
 ximo erit. sed non videtur rationale dicere d
 aere statim corrumpendo qd hoc corpus est ig-
 nis. hec enim est simpliciter vera hoc corpus est

aer. et de eodem non dicitur simul ignis et aer. igitur. ¶ 2.º. quia si tunc significat partes orationis quando proferuntur et ex significatis earum hoc modo acceptis est significatum totius orationis finis quod accipitur: oportet dicere quod si est quando profertur ponat significatum suum pro presenti quod significat. subiectum autem pro alia parte disiunctionis: non accipitur pro aliquo eodem tempore cum illo quod importatur per copulationem. ergo significatio totius illius orationis non refertur ad aliquod idem tempus vel instans. ¶ 3.º. quia disiunctiva non ponit alteram partem determinate: sed est fallacia consequentis. ergo si stat disiunctiva: non determinate ponit respectu predicati vnam scilicet hoc quod in proximo erit sub istis speciebus sicut nec altera scilicet quod nunc est sub istis speciebus. et sic non efficitur per istam orationem finis nisi ut ipsa est vera. ergo per istam non efficitur magis illud quod erit quam illud quod nunc est sub istis. ¶ 4.º. arguit Aureolus probando quod hoc pronomen hoc non demonstrat aliquid parziale immo aliquid totale ita quod demonstrat non solum substantiam sed quantitatem et accidentia cum totali ratione quantitatis. primo sic. illud demonstratur per hoc pronomen hoc: quod respondetur ad questionem factam per quid est hoc. ista probatur. quod de significato interrogatorum non habemus certitudinem nisi per significatum responderum. sed querendo quid est hoc: non respondetur aliquid parziale sed totum. possum enim querere quid est hoc vel quale est hoc vel quantum est hoc. sed cum queritur quid est hoc: respondetur tam substantia quam quantitas et quam qualitas. ergo absolute loquendo licet hoc claudit omnia sub se et contra. Confirmatur per Aristotelem et commentatorem. 7.º. metha. qui per hoc probant quod substantia est prior: quia per prius respondetur ad questionem factam per licet hoc. ¶ 5.º. arguit contra conclusionem in hoc quod ponit corpus christi esse sub speciebus per modum contenti. quod ut dicit hoc falsum est. item quod licet hoc non habet per se demonstrare aliquid contentum sed aliquid per se determinatum ad situm. hec aureolus in forma ¶ Contra quintam conclusionem arguit Durandus probando quod in istis verbis: hic est calix sanguinis mei: contineatur tota forma consecrationis ita quod eis dictis et non alijs sequentibus: vere esset sanguis christi sub speciebus vini. et arguit sic. quia in illis verbis precise continetur forma consecrationis sacramenti: que sunt significativa et expressiva totalis effectus contenti in sacramento.

sed huiusmodi sunt hec verba: hoc est corpus meum respectu consecrationis panis: et hic est calix sanguinis mei respectu consecrationis vini. ergo in his verbis consistit precise forma sacramenti. maior patet quod hoc sacramentum consistit in consecratione materie. et minor similiter quia quicquid est in consecratione: totum sufficienter exprimitur per illa verba. ¶ Confirmatur. quia finis omnes doctores sacramenta noue legis efficiunt quod significant. sed predicta verba: hoc est corpus meum et hic est calix sanguinis mei: cum dicantur recitative ut prolata per christum: significant corpus et sanguinem christi esse sub speciebus panis et vini. ergo illa sola verba sufficiunt quantum est de necessitate sacramenti. Ad hec duo inquit respondent quidam per interemptionem maioris vtriusque rationis. quod si aliquis dicat ego baptizo te et nihil plus: non est puer baptizatus nisi addatur in nomine patris et cetera. et tamen totus effectus baptismi significatur in primis verbis siue secundis. et similiter in proposito quibus per illa verba significetur quicquid continetur in sacramento eucharistie: non tamen oportet quod alia non sint de necessitate sacramenti vel forme sacramenti. Sed hec responsio parum valet. quod cum effectus sacramenti sit a deo et non a sacramentis nisi sicut a signo vel sicut a causa sine qua non: ideo forme verborum debent significare effectum sacramenti esse a deo. quod fit per invocationem trinitatis vel diuini nominis in omnibus sacramentis que consistunt in applicatione ad suscipientem ut sunt omnia sacramenta preter eucharistiam in quo significatur corpus et sanguis christi esse sub speciebus sacramenti virtute diuina per hoc quod verba consecrationis recitantur ut prolata a christo. cum ergo dicatur communiter ab omnibus doctoribus quod sacramenta efficiunt id quod significant et quod forme sacramentorum sunt ille que significant effectum sacramenti: subintelligitur quando significant illum effectum esse a deo modo quo dictum est. ¶ 2.º. arguit sic. forma consecrationis corporis consistit essentialiter in his verbis precise hoc est corpus meum. nec de essentia huius forme est licet ibi interpositum cum dicitur hoc est enim corpus meum. et hoc tenent omnes doctores. ergo similiter forma consecrationis sanguinis consistit essentialiter in his verbis hic est calix sanguinis mei. nec de essentia forme est aliquid ei appositum. consequentia patet. quod non minoris efficacie sunt hec verba: hic est calix sanguinis mei ad transubstantiandum vinum in sanguinem christi: quam sint hec verba: hoc est cor-

pus meum ad transubstantiandum panem in corpus christi. ergo et cetera. **C. 3.** arguit quod greci conficiunt vere sacramentum eucharisticum sicut et latini. nec unquam inuentum est quod ecclesia romana senserit grecos non vere conficere. sed greci in consecratione sanguinis non ponunt omnia verba que ponit romana ecclesia: maxime ab illo verbo noui et eterni testamenti usque ad finem. ergo illa verba non sunt de essentia forme quod ommissio illorum euacuet consecrationem. quare et est minor patet. quod forma consecrationis corporis secundum grecos prout continetur in missali beati Basilij quam angelo dictante accepit ut dicitur et prout in canone predicte misse de verbo ad verbum habetur sicut nos fecimus coram nobis legi et extrahi est ista. accipite comedite hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum. verba autem consecrationis sanguinis prout in eodem canone continetur sunt ista. bibite ex eo omnes. hic est sanguis meus noui testamenti qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ex quibus apparet quod forma grecorum in consecratione corporis christi non habet enim sicut nos habemus. habet tamen quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum quod nos non habemus. in consecratione vero sanguinis forma grecorum non habet eterni nec mysterium fidei nec calix que tamen omnia nos habemus. unde non videtur cum ipsi vere consecrent sicut et nos: quod omnia que nos habemus et omnia que ipsi habent sint de essentia forme alioquin nec ipsi nec nos vere consecramus. quid autem veritatis habeat utraque opinio: aduertendum est quod quicquid ponitur in forma verborum qua utitur romana ecclesia siue antecederet siue consequenter: totum continet veritatem: quod non totum sit de intraneitate forme. quod enim promittitur quod iesus eleuatis oculis in celum gratias agens benedixit etc: quod non habeatur in textu euangelico pro tempore quo christus hoc sacramentum instituit: tamen ex alijs locis euangelij potest hoc comprobari. si enim in resurrectione lazari Iesus eleuatis oculis sursum gratias egit patri: probabilius est quod simile fecerit et dixerit quando panem et vinum in suum corpus et sanguinem transubstantiauit. hec tamen non sunt de substantia forme sed quedam antecedentia. quod autem additur eterni et mysterium fidei: utique verum est. quia nouum testamentum quod christi sanguine confirmatum est eterna promittitur: sicut vetus testamentum promittit bat temporalia. dicitur etiam mysterium fidei: quod

aliud exterius visibiliter cernitur et aliud inuisibiliter continetur. et sic exponitur extra de celestiali. ca. cum marthe. ista tamen non sunt de essentia forme sicut nec antecedentia sed ponuntur ad excitationem deuotionis et ad exprimendum fructum dominice passionis. quis enim dicit quod illud verbum mysterium fidei sit de essentia forme consecrationis sanguinis: cum equaliter conueniat consecrationi panis sicut consecrationi vini. ut obicitur enim aliud visibiliter cernitur et aliud inuisibiliter continetur. Item si illud quod additur noui et eterni testamenti usque in finem esset de substantia forme consecrationis vini: fortiori ratione de substantia forme consecrationis panis est non solum hoc est corpus meum: sed etiam quod pro vobis tradetur. hanc enim determinationem expressius ponunt euangeliste quam alij. constat autem quod nullus dicit quod de substantia forme consecrationis sit illa determinatio quod pro vobis tradetur. quare ut videtur de substantia forme consecrationis vini non est illa alia determinatio: noui et eterni testamenti etc. est tamen de necessitate precepti ecclesie. et ideo totum sub eodem ritu profertur. **C. 4.** arguit quia verba pertinentia ad usum huius sacramenti: magis pertinent ad integritatem forme quam verba pertinentia ad eius effectum. quia inter hoc sacramentum quod consistit in consecratione materie et eius effectum usus est medius. sed verba pertinentia ad usum non sunt de integritate forme: ut illud accipite et manducate: vel illud accipite et bibite. ergo multo minus verba pertinentia ad eius effectum. talia autem sunt illa que adducuntur ut noui testamenti usque in remissionem peccatorum. ergo non sunt de essentia forme. **C. 5.** arguit contra probationem conclusionis quod non valeat. quia cum dicitur quod de integritate orationis est totum illud inclusive usque in remissionem peccatorum cum sit determinatio predicati: ergo est de integritate consecrationis ac per hoc de essentia forme. hoc siquidem non valet quia etiam determinatio predicati est hoc: quod pro vobis tradetur. et tamen non est de essentia forme consecrationis panis. **C. 6.** ad idem. quia cum arguitur quod sub eodem ritu profertur a principio usque ad finem dicendo: hic est calix sanguinis etc usque in remissionem peccatorum: quod non fieret nisi totum pertineret ad formam consecrationis. hoc siquidem non valet quia non quecumque profertur eodem ritu sunt de essentia sicut accepit et huiusmodi que non sunt de essentia. **C. 7.** arguit ad idem Aureolus quia sicut hoc quod dicitur

noui et eterni testamēti est determinatio forme qua sanguis conficitur: sic hoc quod pro vobis tradetur est determinatio forme qua corp⁹ conficitur. quod pōt esse probari per illud pauli. p^o. Corin. 11^o. et per euāgelia. sed ecclesia a forma qua conficitur corpus abstulit hoc quod dico quod pro vobis tradetur ac per hoc non est de essentia forme. similiter est dicendum de hoc quod dicitur noui et eterni testamēti respectu forme qua conficitur sanguis. ergo rē. **C. 8^o.** quia ecclesia tenet q̄ greci vere conficiunt. qui tamē vtuntur precise forma quam tradit paulus. hic calix noui testamēti est in meo sanguine. **C. 9^o.** arguitur ab aliquibus probando q̄ verba non sint d^o essentia huius sacramēti sic. quia nihil trāfiens est de essentia alicuius permanētis. sed sacramētum eucharistie est quid permanens. permanet enim q̄dū remanēt species. verba autē cōsecrationis trāseunt in vltimo instāti. plationis verborum. ergo rē.



Quātum ad ter-

tiū articulum primo notādū est. put Sāctus Thomas dicit in hac dis. q. 2. ar. p^o. sub. ar. p^o. in cor. q̄ per formam cuiuslibet sacramenti exprimitur id in quo substātia sacramenti consistit. sicut in forma baptismi ablutio exprimitur qua baptismi perficitur sacramētus. et huius ratio est quia forma ē que principaliter substātiā rei constituit. vnde q̄ sacramētum noue legis substācialiter est signū rei sacre cuius causa existit: cōsequēs est q̄ forma sacramēti significet et exprimat id in quo substātia sacramenti consistit. q̄ ergo forma sacramēti eucharistie expresse significat cōsecrationē et trāsubstātionē materie. s. panis et vini: sequitur q̄ substātia huius sacramēti in materie cōsecratione cōsistat in quo primo differt sacramētum eucharistie ab omnib⁹ alijs q̄ cōsistunt in vsu seu applicatione ad suscipiētē sacramētum. quē admodum et per verba que sunt forme sacramētorū exprimitur vt in baptisimo cum dicitur ego te baptizo rē. et in confirmatione consigno te signo crucis rē. et consimile est de alijs. Aduertēdum tamen est q̄ vt accipi pōt ex dictis Sancti Thome in vtroq̄ opere: materia in sacramēto eucharistie duplex est. vna propria. s. panis triticeus et vini vitis. alia est materia dicta per similitudinē. s. panis et vini species post illorū trāsubstātionē in corpus et sanguinē christi remanētes. et dicitur huiusmodi species materia sacramēti per simili-

tudinē: q̄ similitudinē gerūt proprie materie. s. panis et vini et vices eorum habēt q̄tum ad esse et agere ac pati. Luz ergo dicimus q̄ hoc sacramētum cōsistit in cōsecratione materie: vtroq̄ modo verificari pōt: aliter tamē et aliter. nā cōsecratio materie pprie dicte. s. panis et vini: intelligitur ipa eorum trāsubstātiatio in verum corpus et sanguinē christi. cōsecratio vero materie dicte per similitudinē. s. specierum remanētium: intelligitur ipa eorum sanctificatio et corpore et sanguine christi participata q̄ ipis speciebus teguntur et in eis per modum sacramēti cōtinētur. Et ex hoc accipitur alia differētia. q̄ panis et vinum sunt materia huius sacramēti ex q̄ fm q̄ prepositio ex dicit ordine: que tñ non remanet sacramēto cōfecto. species vero sacramētales dicuntur materia non ex qua sed in qua: et hec remanet post q̄ sacramētum conficitur. Et de ista materia intelligēdū est qd Sāctus Thomas dicit. 3^a. p. q. 73. ar. p^o. ad. 3^m. cum ait. et ex hoc etiā consequitur alia differētia. nā in sacramēto eucharistie id quod est res et sacramētum est in ipa materia: id autē quod ē res tātum est i suscipiēte. s. grā que confertur. hec ille. De materia vero proprie dicta que est panis et vinum loquitur infra. q. 75. ar. 2. ad. 2^m. vbi dicit q̄ in alijs sacramētis manet substātia materie nō aut in isto. s. eucharistie. **C. Differt secūdo hoc sacramētum ab alijs: q̄ in alijs vsus sacramēti. i. e. applicatio ad suscipiētē sacramētus: est de necessitate et perfectione sacramēti. in hoc autē sacramēto tota perfectio sacramēti ē cōsecratio materie. vsus vero non est de essentia sacramēti. vnde et verba que in canone misse ad vsū p̄tinent: non sunt de forma huius sacramēti: sicut accipite et manducate et bibite. **C. Tertio differt hoc sacramētum eucharistie ab alijs: q̄ est causa sanctitatis vere et proprie dicte non solum in suscipiēte sacramētum: sed in ipa re sacramēti. alia vero sacra sunt causa sanctitatis vere et proprie dicte tātum modo in suscipiēte qui ē subiectum capax sanctitatis proprie dicte. dicitur autē hoc sacramētum causa sanctitatis in re sacramēti que est verum corpus et sanguis christi: non absolute et simpliciter sed fm q̄ est sub sacramēto. verba enim forme nec efficiunt corp⁹ xpi aut sanguinem eius esse simpliciter nec esse sanctum sed faciunt sicut causa instrumentalis q̄ corpus christi sanctissimum et sanguis eius sanctissimus sit sub hoc sacramēto. **C. Quarto differt quia in alijs sacramētis res sacramēti siue sit res tñ siue sit res et sacramētum: est in suscipiēte sacramēto******

tum subiective. et huius ratio est quod alia sacramenta perficiuntur in acceptione vel collatione ipsorum prout Sanctus Thomas notat in hac dis. q. p. ar. p. sub. ar. p. ad. 5. in hoc autem sacramento: primares que est res et sacramentum non est in suscipiente sacramentum sed in eo quod remanet loco materie. scilicet in speciebus sacralibus: quibus non sicut in subiecto sed sicut in sacro. **¶** Quinto differt hoc sacramentum ab alijs: quod forme aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri siue per modum exercitatus actum sicut cum dicitur ego te baptizo vel ego te confirmo. siue per modum imperatis sicut in sacramento ordinis dicitur accipe potestatem etc. siue per modum deprecatis sicut in sacramento extreme unctionis dicitur per istam unctionem et nostram intercessionem etc. sed forma huius sacramenti profertur ex persona christi loquentis. ex quo datur intelligi quod minister in perfectione huius sacramenti nihil agit nisi quod profert verba christi. putat Sanctus Thomas inquit. 3. p. q. 78. ar. 2. in cor. quod intelligi debet in sensu quem habuit in primo opere in hac. s. dis. q. 2. ar. p. sub. ar. 3. in cor. dicitur enim minister in hoc sacramento nihil agere nisi quod profert verba christi. non quia simul cum pronuntiatione verborum christi habeat virtutem instrumentalem effectivam eius quod verba significant et efficiunt. alias minister huius sacramenti minus haberet virtutis supernaturalis ad conficiendum hoc sacramentum quam aliorum sacramentorum ministri quod falsum est cum sit dignior et sacratio ceteris sacramentorum ministris. sed dicitur nihil amplius agere: quod non habet alium actum exteriorum quem exerceat sicut est in alijs sacramentis prout in sequenti notabili magis explicabitur. **¶** Unde et loco proxime allegato. ar. 3. in responsione ad. 9. virtus inquit instrumentalis ad faciendam predictam conversionem: non tantum est in verbo vel in sacerdote sed in utroque incomplete. quod nec sacerdos sine verbo nec verbum sine sacerdote conficere potest. et quod sacerdos est similior principali agenti quam verbum quia gerit eius figuram: ideo simpliciter loquendo sua virtus instrumentalis est maior et dignior. unde etiam permanet et ad multos huiusmodi effectus se habet. virtus autem verbi transit et ad semel tantum est. hec. S. Tho.

¶ Secundo Notandum est prout Sanctus Thomas de dicitur in hac. S. dis. q. 2. ar. p. sub. ar. 3. in cor. quod minister in sacramentis dupliciter operatur. uno modo verbo pronuntians. alio modo actum alii quem exteriorum exercet ut in baptismo patet.

et utrumque istorum est sacramentalis causa eius quod divina virtute que in sacramentis latet proficitur. causa autem sacramentalis significatio efficitur. unde in alijs sacramentis in quibus utroque modo minister operatur: oportet quod verba prolata significant actum exercitatum et actus exteriorum significet interiorum effectum ut in baptismo patet. quia ablutio exteriorum quam verba forme exprimit significat interiorum ablutionem quam divina virtus perficit in sacramento latens. ubi ergo minister non operatur nisi verba pronuntians: oportet quod verborum significatio immediate ad hoc quod efficitur referatur. in hoc autem sacramento cuius perfectio in ipsa materie consecratione consistit: non habet minister actum nisi pronuntiationem verborum sicut nec in aliqua alia materie sanctificatione. unde oportet quod verba forme significant hoc quod virtus divina in secreto facit. hoc autem est esse corpus christi sub speciebus illis. hec ille. Ex quibus inferitur quod actus a ministro huius sacramenti exercitatus sicut est communicare seu dispensare corpus et sanguinem christi suscipientibus sacramentum qui actus pertinet ad usum sacramenti active: non est de essentia sacramenti nec pertinet ad primam ipsius perfectionem que consistit in consecratione materie que est tota substantia sacramenti. **¶** Veruntamen talis actus exercitatus pertinet ad secundam perfectionem sacramenti que se habet ad primam sicut operatio rei ad formam vel naturam eius. putat Sanctus Thomas dicit loco supra allegato sub. ar. 2. ad. p. m. ea ratione quia talis usus pertingit ad hoc ad quod sacramentum institutum est. Et idem dicit. 3. p. q. 78. ar. p. ad. 2. m. Unde cum magister dicit in hac dis. ex verbis Ambrosij quod consecratio huiusmodi facti his verbis sit. accipite ergo et comedite ex eo omnes hoc est corpus meum: et iterum accipite et bibite ex hoc omnes hic est sanguis meus: loquitur de consecratione quam ad utrumque perfectionem. primam. scilicet que est de substantia sacramenti: et secundam que pertinet ad eius operationem prout. S. Doc. exponit in hac dis. loco proxime allegato ad. p. m. Et. 3. p. loco proxime allegato.

¶ Tertio Notandum est sicut accipi potest ex deductione. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. p. sub. ar. 4. ad. p. m. Et. 3. p. q. 78. ar. 4. in cor. quod sacra nove legis id efficiunt quod figurant seu designant. ex quo sequitur quod verba que sunt forme sacramentorum non solum sint significativa rei signate: sed etiam factiva. unde habent se sicut voces conceptionis practice que fuerunt verba de quibus propheta ait. ipse dixit et facta sunt. et gene.

pmo. dixit de^o fiat lux et facta est lux. huiusmodi
 autē verborū veritas non presupponit entitatē
 rei sed ipsam facit et eā precedit naturaliter sicut
 causa et si simul sint tēpore. verba igitur cōsecre-
 tionis q̄ sunt forme in sacro eucharistie: simul tē-
 pore sunt et significatiua et factiua rei signate. or-
 dine tū nature factio scilicet p̄uersio significatio-
 nē sequitur prout Sāct^o Thomas notat in hac
 dis. q. 2. ar. 3. ad. 6^m. Et. 3^a. p. loco p̄ime allega-
 to ad. 3^m. significatio autē et veritas locutionis
 q̄ in p̄olatione vltime dictionis completur: cō-
 surgit ex significationibus partiū successiue p̄ce-
 dētium. non sicut ex partibus ipsam componētibus:
 sed sicut ex dispositionibus materialibus ad
 ipsam disponētibus. nā ipsa orationis significatio
 simplex ē aliquid vnum significās q̄uis sit resul-
 tās ex precedētibus consignificationibus dictionū.
 quē admodū philosoph^o dicit in. 5^o. metha^o
 q̄ senari^o numerus non ē bistria sed semel sex.
 vnde sicut ad naturas senarij se hnt partes eius
 vt dispositiones materiales et non sicut partes
 vni^o qualitatis totius: ita significaciones dictionū
 sunt dispositiones materiales totius orationis
 q̄ confluit completiue ex significatione
 vltime partis in ordine ad omnes p̄cedētes p̄-
 ut Sāct^o Thomas dicit loco p̄ allegato. ¶ Ex p̄-
 missis inferimus contra imaginatiōē quorundā
 q̄ in consecratione eucharistie partes orationis
 nō hnt simpliciter et complete suū significatum
 quādo p̄feruntur: sed in p̄olatione vlti-
 me dictionis. probatur hoc. quia significata dictionū
 in oratione consecrationis habent dependentiam
 et ordinem ad significatum vltime dictionis
 q̄ illa complet et perficit per modū vlti-
 me differentie ad quam se habent sicut disposi-
 tiones materiales prout dictum est supra. vnde
 sicut ratio materie per formā perficitur et cōple-
 tur: ita et ratio significatiua omnium dictionū
 precedentium vltimā: cōpletur et terminatur p̄
 significatū vltime dictionis ex qua in ordine ad
 precedentes resultat totius orationis significatio.
 ergo quādo quelibet dictionum p̄ter vltimā
 in oratione cōsecrationis p̄fertur: nondum
 habet sui significati complementum sed est i p̄-
 dētī vsq̄ ad vltimā dictionem per quā comple-
 tur. ac per hoc nec pro tunc determinat sibi tem-
 pus cōsignificati: sed veritate locutionis refert
 ad instans p̄olationis vltime dictionis. quem-
 admodum si dicam nūctaceo: aduerbiū nūc nō
 facit demonstrationem temporis in quo p̄fer-
 tur nam sic falsum esset dictum: sed facit demon-
 strationem pro vltimo instanti locutionis fini-

te. vnde cum dicitur hoc est corpus meum: pro-
 nomē hoc non determinat subiectū orationis
 pro tempore vel instanti in quo p̄feritur. et pa-
 ri modo verbum est non copulat pro tempore
 in quo p̄feritur sed vtrūq̄ refertur ad instans
 vltime dictionis ex cui^o p̄olatione in ordine ad
 precedētes dictiones resultat significatio facti-
 ua et p̄signatiua p̄imi effectus sacramenti. q̄ li-
 cet non precedat ipsum effectum tempore eo q̄
 transubstantiatio fiat in instanti: precedit tamen
 ordine nature. Unde Sanct^o Tho. infra dis. 11.
 .q. p̄. ar. 3. sub. arti. 2. arguit sic p̄mo loco. hec
 conuersio fit virtute verborum. sed verba non
 possunt aliquid facere nisi dum sunt. ergo cū ha-
 beant esse in successione: videtur q̄ successiue cō-
 uersio p̄dicta fiat. ecce argumentum. sequitur
 responsio. Ad p̄imū ergo dicendū q̄ verba for-
 me hnt sc̄alē virtutem. vnde nō efficiūt nisi q̄
 significant. et ideo cum significatio illius forme
 non sit perfecta nisi in vltimo instanti: tunc habet
 efficaciam suam. hec ille. Et idem in sentētia res-
 pondet. 3^a. p. q. 75. ar. 7. ad. 3^m. Ista iquit con-
 uersio sicut dictum est fit in vltimo instanti p̄o-
 lationis verborum. tunc enim completur ver-
 borum significatio que est efficax in sacramento
 rum formis. et ideo non sequitur q̄ ista conuer-
 sio sit successiua. hec ille. ¶ Aduertēdū tamen q̄
 quāuis pronomē hoc cum dicitur hoc est corp^o
 meum demonstrat substantiā non pro tempore
 in quo p̄feritur sed pro instanti p̄olationis vlti-
 me dictionis in quo sub speciebus sacramēta-
 libus est substantia corporis xp̄i: et tamē ex inten-
 tione xp̄i instituentis et sacerdotis verba p̄fe-
 rentis: pronomē hoc non facit demonstrationē
 determinate substantie corporis xp̄i sed supponit
 confuse et demonstrat substantiā indiuiduam
 vage non tamē disunctiue scilicet vel illam que
 est in termino a quo vel illam que est in termino
 in quem prout aliqui falso putant. sed illam que
 est in termino in quem. s. in vltimo p̄olationis
 non tamen determinate substantiam corporis
 christi sed confuse substantiam que ibi est. vt sit
 sensus. hoc id est hec substantia vel substantia hic
 contenta est corpus meum. ita vt sit demonstra-
 tio et ad sensum et ad intellectum. ad sensum in
 obliquo: et ad intellectū in recto. est enim intel-
 ligentia dicti q̄ substantia sub istis speciebus cō-
 tenta vel id quod sub istis speciebus est conten-
 tum est corpus meum. ita q̄ substantia demon-
 stratur in recto ad intellectum: species vero ad
 sensum in obliquo. Unde q̄ Sāct^o Doc. dicit. 3^a
 parte. q. 78. ar. 5. ad. 2^m. q̄ hoc pronomen hoc

non demonstrat ipsa accidentia sed substantias sub accidentibus contenta: debet intelligi de demonstratione in recto: nam in obliquo etiam ipsa accidentia demonstrat. continet enim suba subbis. i. sub demonstratis accidentibus vt in eadez solutione ipsemet dicit. si enim solummodo eet demonstratio ad intellectum: non oporteret q sacerdos haberet ante se materia: cum demonstratio ad intellectum z presertim solius substantie abstrahat ab hic z nunc. ¶ Sed fortasse aliquis putabit q nos fm premissa incidim⁹ in modum dicendi quem Sactus Thomas reprobat in vtroq; opere quorundaz dicentium q totus sensus locutionis poideet omnium partium eius referendus est ad vltimum instas pronuntiationis verborum. qui et in exemplum afferunt locutionem quam nos induximus cum quis dicit nunc taceo. Sed in veritate noster modus dicendi longe distat ab illorum opinione nec a doctrina Sancti Doctoris in premissis vel in modico deuiamus. Unde sciendum est q Sactus Thomas non reprobat modum dicendi illorum pro eo q dicunt sensus predictae locutionis z omnium eius partium referendum esse ad vltimum instas pronuntiationis verborum. na hoc ipse Sactus Thomas tenet expresse. 3^a. p. q. 78. ar. 5. in. cor. vbi improbat a illorum opinione sic concludit. et ideo oportet quidem intelligere predictam locutionem fm vltimum instas prolationis verborum. hec ille. sed improbat modum dicendi illorum pro eo q ponunt q referendo sensum predictae locutionis ad vltimum instas ipsius: pronomen hoc demonstrat determinatam substantiam corporis christi que in vltimo instati prolationis verborum est sub speciebus sacramentalibus. ex quo sequitur q cu dicitur hoc est corpus meum: exponi debeat. i. hoc corpus meum seu hec substantia corporis mei est corpus meum. qui sensus est falsus quia non hoc verba sonat. vnde z ratio qua Sactus Doctor improbat modum dicendi illorum: est quia sensus talis locutionis esset corpus meum est corpus meum. qd verba consecrationis non faciunt nam idipm fuit etiam ante prolationem verborum. et quia verba consecrationis id significat quod efficiunt sicut z verba aliorum sacramentorum noue legis ideo concludit Sactus Thomas contra illos q no est sensus verborum consecrationis que illi opinantur. quam obrez cum diceret Sactus Doctor concludens: z ideo oportet intelligere predictaz locutionem fm vltimum instas prolationis verborum: ne videretur consonare opinioni quaz

improbat: excepit illud in quo illi deficiebant dicens. no tamen ita q presupponatur ex parte subiecti id quod est terminus conuersionis scilicet q corp⁹ christi sit corpus christi neq; etiam illud quod fuit ante conuersionem scilicet panis: sed id qd communiter se habet q^m ad vtriusq; scilicet contentum in generali sub istis speciebus. non enim faciunt hec verba q corpus christi sit corpus xpi neq; q panis sit corpus christi: sed q contentus sub his speciebus quod prius erat panis: sit corpus christi. et ideo signanter non dicit dominus hic panis est corpus meum quod esset fm intellectum secunde opinionis. neq; hoc corpus meum est corp⁹ meum quod esset fm intellectum tertie. sed in generali hoc est corpus meum nullo nomine apposito a parte subiecti sz solo pronomine quod significat substantiam in communi sine qualitate. i. forma determinata. hec Sactus Thomas.

¶ Quarto Notandum e q licet verba que sunt forme sacramentorum sint expressiua primi et principalis effectus sacramenti: non ideo consequens est q illa sola verba que expressiua sunt effectus sacramenti: sunt de integritate z necessitate sacramenti sz omnia illa q a christo instituta sunt esse formas sacramentorum. na sacramenta vni hnt ex institutione christi. vnde omnia illa verba sunt de perfectione z integritate sacramenti que xps instituit z no plura nec pauca. vt enim. S. Tho. dicit in hac dis. q. 2. ar. 4. sub. ar. 3. verbum quo accedente ad elementum sit sacramentum fm Augu. dicitur a sanctis esse verbum saluatoris. quia ergo verum esse supponimus q ritus ecclesie romane i conficiendo hoc sacramentum q^m ad formam verborum z materiam institutum fuit a xpo sicut in canone missae reperitur z q a christo apostoli et ab eis eorum acceperint successores prout dicit in ca^o cum marthe de cele. mis. ideo tenendum est q omnibus illis verbis quibus ecclesia romana vtitur in consecratione corporis et sanguinis domini z non pluribus vel paucioribus consecratur. z huius efficax ratio est quia xps sic instituit corporis z sanguinis sui fieri consecrationem. rationem autem congruentem quare xps voluerit consecrationem sanguinis sui fieri pluribus verbis q fiat consecratio corporis non solum verbis exprimentibus effectum consecrationis sed etiam verbis q sunt determinatiua subiecti vel predicti orationis consecratiue assignat. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p^o. ad. 2^m. z. 3^m. Et. 3^a. p. q. 78. ar. 3. in. cor. Et multum aperte sup episto

las pauli exponens illud. p^a. Corin. 11^o. hic calix
 nouum testamētum ē in meo sanguine. Ad cui⁹
 intellectum sciēdum ē q^o sacramentum eucharis-
 tie ē memoriale dominice passionis cū domin⁹
 dicat Luce. 22^o. hoc facite in meā cōmemora-
 tionem. vnde et apostolus. p^a. Corin. 11^o. cū re-
 ferret verba domini dicētis hoc facite quoniam
 cū bibitis in meā cōmemorationē: exponēs
 de quo fienda esset cōmemoratio domini ait.
 quoniam sciēs enim manducabitis panē hunc et
 calicem bibetis: mortē domini annūciabitis do-
 nec veniat. in passione autem christi sanguis sui
 corporis a corpore separatus fuit seorsum effu-
 sus pro salute generis humani cuius fructus et
 mysteria plura in sacra scriptura referant. et ideo
 in hoc sacramēto sanguis seorsum consecratur
 a corpore q^m est ex vi sacramēti: q^muis p^o conco-
 mitantiā simul cū corpore consecratur. Et quia
 vt dictum est in hoc sacramēto: passionis christi
 recolitur cōmemoratio: congruū fuit vt verba
 consecrationis sanguinis exprimerent mysteria
 passionis christi que in sacra scriptura et tradi-
 tione apostolorū sanguini christi effuso attribuun-
 tur. Vbi autem et qualiter ac propter quid hu-
 iusmodi attributio in sacra scriptura reperia-
 tur: deducit pulchre. S. Doc. in hac dis. q. 2. ar.
 2. in trib⁹ sub articulis. Et. 3^a. p. q. 78. ar. 3. Om-
 nia ergo illa verba que in canone missę habētur
 determinatiua mysteriorum passionis christi: intel-
 liguntur a christo instituta pro forma cōsecrationis
 sanguinis s^m q^o consignata sunt ex ritu ecclesie
 tradito a christo apostolis et ab apostolis suis suc-
 cessorib⁹ ac toti ecclesie. put determinatus est in
 ca^o cū marthe supra notato.



Quantus ad q^o
 tum articulum respondendum
 est obiectionib⁹ aduersariorū.
 Et quidē ad primū aureoli cō-
 tra primā conclusionem dicitur
 q^o maior simpliciter sumpta sicut iacet ē falsa. nā
 in sacramentis unprimētib⁹ characterem: cha-
 racter est res sacramēti et sacramētū s^m omnes
 doctores. et ita in sacramēto eucharistie corpus
 christi est res sacramēti et sacramētum. et iterum
 est virtus sacramēti. s. specierum remanētium
 post consecrationē que sunt sacramētum tātū.
 Unde. S. Tho. in hac dis. 8^a. q. p^a. ar. p^o. sub. ar.
 p^o. ad. 2^m. dicit q^o sicut ad species sensibiles alio-
 rum sacramētorū se hēt virtus q^o interius inest
 que sanctificationē acquirit et sacramētū efficit
 s^m hūgonem: ita in hoc sacramento se hēt ipm.

corpus christi q^o per cōsecrationē sub specieb⁹
 illis fit. vnde sicut in alijs sacramētis materiale
 elemētū nō est causa virtutis q^o in ipsa ē nec ali-
 cuius spiritualis effectus in homine nisi mediā-
 te virtute s^m q^o ex elemēto et virtute quasi vnū
 efficiat: ita in hoc sacramento species nō sunt cau-
 sa corporis christi nec alicuius effect⁹ in anima spi-
 ritualis nisi mediāte corpore christi vero s^m q^o et
 speciebus et corpore christi fit vnū sacramētum.
 hec ille. Item. 3^a. p. q. 73. ar. p^o. ad. 2^m. sicut in-
 quit se habet virt⁹ spirit⁹ sancti ad aquā bap-
 tismi: ita se hēt corp⁹ christi verū ad species panis et vi-
 ni. vnde species panis et vini nō efficiūt aliquid
 nisi virtute corporis christi veri. hec ille. Q^o autē
 arguens inducit de caractere et grā in bap-
 tismo non est simile. nam in hoc sacramento eucha-
 ristie sunt quedam specialia in quibus differt ab
 alijs sacramētis. put deductum fuit in primo no-
 tabili. nec est verū q^o character et gratia nō sunt
 virtus sacramēti bap-
 tismi. nā omnis forma per
 quam aliquis ordinatur ad aliquid agēdū vel
 suscipiēdū quod sit eius perfectum sicut ē grā
 et character: virt⁹ illius est. Ad. 2^m. dicitur q^o
 maior est falsa prout iacet. nec valet eius proba-
 tio per simile de caractere bap-
 tismi. q^o sicut di-
 ctum fuit in primo notabili hoc est vnū in quo
 differt sacramētū istud ab alijs sacramētis. q^o in
 hoc sacramento primus effect⁹ recipitur in mate-
 ria sacramēti: in alijs vero sacramētis recipitur i
 suscipiēte sacramētū. Ad primā cōfirmationē
 negatur minor. imo in materia huius sacramēti
 est talis virtus duplex. vna. s. corpus christi quod
 est in speciebus sicut in materia ex qua virtute p-
 fluit gratia in suscipiēte sacramētū cū alijs effe-
 ctibus spiritualis nutritionis vt dictū est in res-
 ponsione ad p^m. alia ē virtus trās substantiā di pa-
 nem et vinū in corp⁹ et sanguinē christi. que virt⁹
 est in verbis cōsecrationis et in materia sacramē-
 ti siue sit panis et vinū siue species sacrales in vl-
 timo instāti prolotionis verborum. Ad. 2^m.
 confirmationē dicitur q^o nō est simile de materia
 in sacramento ordinis et aliorū sacramētorū et de
 materia huius sacramēti put dictū est. Ad. 3^m.
 dicitur q^o maior propositio hēt veritatez de illo
 quod facit aliquid circa sacramētum q^o figurat
 primo et principaliter. sed tūc minor est falsa. nā
 id quod primo efficiat et figurat per hoc sacra-
 mētū: est existētia corporis christi sub speciebus sa-
 cramētalib⁹. hoc autē nec efficiat nec figurat p
 comestionem. Et preterea falsum est q^o species
 sacramētales absq^o sumptione sacramēti nō ha-
 beāt q^o significēt vnionē fidelū et ecclesie cū christo.

Unde Sanctus Thomas in *quodam* distinctione. 11^o. q. 2. ar. primo sub. ar. 2. in cor. dicit q. vna causa qua re panis et vinum sunt materia huius sacramenti: accipitur vno modo ex significatione duplicis rei huius sacramenti. quia panis ex multis granis conficitur et vinum ex multis acinis confluit qd competit ad significandum corpus xpi verum et mysticum. Item tertia parte questione septuagesima quarta articulo primo assignas rationes quare panis et vinum est materia huius sacramenti dicit quasi in fine. quarto q. ad effectum respectu totius ecclesie que constituitur ex diuersis fidelibus sicut panis conficitur ex diuersis granis et vinum fluit ex diuersis vuis. ¶ Ad confirmationem dicitur consimiliter ad maiorem propositionem q. habet veritatem de illo quod significat et efficit ex opere operato id quod est primo et principaliter effectus sacramenti: et tunc minor est falsa. nam sumptio corporis christi licet significet et efficiat secundum effectum qui est charitas et vnitas fidelium in christo: non tamen efficit primum effectum qui est q. corpus christi sit sub speciebus sacramenti. ¶ Ad argumentum Aureoli contra secundam conclusionem dicitur ad maiorem q. est falsa. nam licet recipiens corpus domini sub speciebus panis recipiat totum corpus domini: non tamen recipit totum sacramentum sicut q. est signum. quia non recipit totum sacramenti significationem que non solum consistit in speciebus panis sed etiam in speciebus vini. Unde Sanctus Thomas in hac distinctione. 8. q. primo. arti. primo. sub. arti. 2. ad. 2^m. ratio inquit illa procedit quando vtriusq. signum habet integram significationem. sic autem non est hic. quia ablatio spiritualis non significatur perfecte nec per panis tantum nec per vini tantum sumptionem sed per vtriusq. signum: sicut est in significatione nominum compositorum. Et in responsione ad quintum dicit q. quauis xps perfectus sit sub vtraque specie: non tamen quantum ad integrum vsum sacramenti est sub vtraque sed q. ad diuersos vsum. et ad minoris probationem dicitur q. in casu illo quauis recipiat quis omnia sacramenta: non tamen recipit omnia integre: quia non facit eucharistie quod consistit in duplici materia sacramenti. vnde non est simile de ipso et de alijs sacramentis quorum non est duplex materia. ¶ Ad argumenta Scoti contra tertiam conclusionem ad primum dicit ad maiorem q. verba sacramentalia debent significare illud quod efficitur ex vi facti non solum ex vi verborum sed magis ex institutione xpi et ex institutione ministri proferentis. et sic significant illa verba hoc est corpus meum. Et enim

respondet. S. T. ad simile argumentum. 3^o. p. q. 78. ar. primo ad. 4^m. si sacerdos sola verba predicta proferret. hoc est corpus meum cum intentione conficiendi: perficeret hoc factum. quia intentio faceret vt hec verba intelligerentur quasi ex persona xpi placata: etiam si verbis precedentibus hoc non recitaret. Unde sicut bene arguit Durandus si oporteret q. ex forma verborum insinuaretur corpus xpi ibi esse: non solum non fieret consecratio per hec verba hoc est corpus meum alius non premis: sed etiam per eandem rationem eis premis quod patet quia precedentia verba. scilicet accipiens panem benedixit fregit deditque discipulis suis dicens hoc est corpus meum: recitantur vt dicta a christo. constat autem q. per hanc seriem verborum non significat q. corpus xpi sit sub speciebus panis que sacerdos tenet vel coram se habet sed solum sub speciebus panis que christus accepit et benedixit. ergo per hec verba non esset corpus xpi sub speciebus panis presentibus sacerdoti quod est falsum et erroneum. sufficit ergo q. verba consecrationis significant illud quod continetur in hoc facto non ex serie verborum precedentium: sed ex institutione xpi et intentione ministri gerentis personam xpi. ¶ Ad. 2^m. respondet. S. Tho. in hac distinctione. q. 2. arti. primo sub. ar. 2. ad. primo: q. ambrosius et eusebius et magister in littera loquunt de consecratione eucharistie non solum quantum ad id quod est de perfectione eius prima et essentiali sed etiam quantum ad eius perfectionem secundam et accidentalem. Idem respondet. 3^o. p. q. 78. ar. primo ad. secundum. et de hoc dictum est in secundo notabili. Unde vt refert petrus de palude in hac distinctione in missali ambrosiano hec verba hoc est enim corpus meum: et illa hic est enim calix sanguinis mei et cetera vsq. in remissionem peccatorum inclusiue scripta sunt litteris aureis: et non alia verba precedentia et sequentia in signum q. illa tantummodo sunt de essentia sacramenti. Itaque obstat vt ipse dicit q. aduerbium enim sit ibi etiam scriptum litteris aureis quod tamen non est de essentia sacramenti. quoniam hoc ideo est quia ponitur in medio partium essentialium forme. vnde ne viderentur due forme si aduerbium enim scriberetur litteris nigris eo q. faceret inter antecedentia et sequentia verba notam dissimilitudinis: scriptum est sicut alia aureis litteris. ¶ Ad argumenta Scoti contra quartam conclusionem patet responsio ex his que dicta sunt in tertio notabili. procedunt enim ex triplici falso fundamento. vnum est q. S. Tho. dicat significatum totius orationis constitui ex significatis partium. aliud est q. partes oratio-

nis cōsecratiue tunc significant vere et complete quando pferuntur. tertius est q̄ cum dicitur hoc est corpus meū: li hoc supponat disīctiue vel p substantia quā demōstrat quando pferitur vel pro substantia que erit in vltimo prolationis. ista autēz falsa sunt sicut i dicto notabili tertio apparet. ¶ Ad. 4^m. quod ē Aurecolidiciū primo q̄ nō aliud probat nisi q̄ li hoc demonstrat substantiam cum his que ipsam concomitant. sed illud nō est ex vi sacri: sed concomitariue quod nos non negamus. Dicitur secundo falsum esse q̄ cum queritur quid ē hoc, pprie respōdeat nō solū substantia sed quantitas et qualitas. nam quid querit d̄ substantia directe et, pprie. Auctoritates autem philosophi et cōmentatoris pro nobis faciunt et contra arguentēz. nam nō per prius respōdere substantia q̄ accidens ad interrogationēz factā per quid est nisi quia quid est per se et primo querit de substantia. ¶ Ad. 5^m. dicitur q̄ corp^o christi dicitur esse in sacramento contentū: nō pprie sicut locatum in loco sed quodam speciali modo. put in sequēti questione dicef. vnde falsum est q̄ li hoc non habeat demōstrare aliquid contentū si intelligatur dictum vniuersaliter sicut arguens loquitur nec dicitur sūū ipse pbat. ¶ Ad argumētā Durādī cōtra quintā conclusionē ad primū patet respōsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. pcedit enī ex falso supposito. s. q̄ illa sola verba sunt de necessitate sacri: que sunt expressiua effectus sacramenti. hoc autem falsū est vt ibi ostēsum fuit. vnde responsio ab arguente posita bona est. Itēq; valet eius improbatio. nam preter verba pertinentia ad inuocationem trinitatis et preter verba designantia effectū sacramēti: sunt in sacro confirmationis alia verba de necessitate sacri sicut illa cōsigno te signo crucis. vnde patet q̄ replica arguētis non habet verū fundamentum. ¶ Ad. 2^m. respōdet. S. Tho. in hac. S. dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p^o. ad. 2^m. q̄ cū eucharistie sacm sit memoriale dominice passionis: nō rēp̄sentatur i cōsecratione corporis nisi passionis subiectū. sed in cōsecratione sanguinis representat passionis mysteriū. nō enī a corpe xpi sanguis et^o seorsum fuit nisi per passiōē. et ideo cōdicionē dominice passionis exprimūt per verba sequētia magis in cōsecratione sanguinis q̄ in cōsecratione corporis. Adēz i sententiā respōdet. 3^a. p. q. 78. ar. 3^o. ad. 2^m. Sed sciēduz est q̄ in hac responsione magis intēdit. S. Doc. assignare rōnē cōgruētie q̄re xps instituit plura verba fore de necessitate cōsecrationis sanguinis q̄ de necessitate cōsecrationis corporis: q̄ intēdat assignare rōnem efficacē q̄

re in tot verbis p̄sistat essentialiter forma cōsecrationis sanguinis et in pauciorib^o forma cōsecrationis corporis. nam huius ratio efficac̄ est q̄ xps sic instituit. qm̄ quātū est ex parte verborum: per pauciora potuit consecrari sanguis et per plura corpus si xps sic instituire voluisset. ¶ Ad. 3^m. respōdet Petrus de palude q̄ si vez esset q̄ greci pauciora verba pferat in cōsecratione sanguinis q̄ habeat ritus romanē ecclesie: greci non vere conficiunt nisi forte illam formāz cōsecrationis habeant ex speciali dispēsatione et traditione diuina de qua tū nondūz constitit romane ecclesie. Et cum arguens dicit q̄ ecclesia romana non tenet grecos nō vere conficere: dicimus q̄ non obstat si greca occultet formam cōsecrationis q̄ ad noticiā summi pontificis nō deueniat. Quod autēz romana ecclesia dicit grecos non errare in cōficiendo: est p̄pterea q̄ cōficiūt in sermēto. sed non errādo in hoc: possunt errare in nō seruādo formā cōsecrationis a xpo institutam. ¶ Ad. 4^m. dicit q̄ maior habet veritatē de verbis p̄tinentib^o ad effectū ipsi^o vsus sacri: nō autē de verbis p̄tinentibus ad effectū sacramēti qui vsus sacri p̄cedit qualia sunt verba cōsecrationis sanguinis q̄ omnia sunt determinatiua primi effectus sacramēti. Itēq; est simile in hoc sacro et in alijs. q̄ in hoc prim^o effect^o consistit in consecratione materie q̄ vsus ipsius p̄cedit. in alijs vero prim^o effectus cōsequitur vsus sacri. et ideo nimirum si in eis verba p̄tinentia ad vsus sacri magis pertineāt ad integritatem forme q̄ verba pertinentia ad ipsius effectum. ¶ Ad. 5^m. dicit q̄ sicut respōsum fuit ad 2^m. ratio. S. Tho. q̄ accipitur ex determinatione p̄dicati: nō est prima et efficac̄ sed est p̄gruita supposita institutione xpi que est ratio efficac̄ et prima. vnde q̄ xps non instituit q̄ illa determinatio quod pro vobis tradet esset de essentia cōsecrationis corporis: ideo licet sit determinatiua p̄dicati orationis consecratiue corporis: non est de integritate essentiali ipsius. q̄ autēz id xps nō instituerit: cōstat ex ritu romane ecclesie quas supponimus non errare. Et si obiiciatur q̄ Lucas euangelista ponit illam determinationem. s. qd̄ pro vobis tradet: respondet. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p^o. ad p^m. Et. 3^a. p. q. 78. ar. 3. ad. 9^m. q̄ euāgeliste nō intendebant tradere formas sacramentorum quas in primitiua ecclesia oportebat esse occultas vt Dionysius dicit in fine ecclē. hierar. sed intenderūt historiā de xpo tenere. et ideo non omnia verba ab euāgelistis posita sūt d̄ substantia forme sacramētōz. ¶ Ad. 6^m. dicitur q̄ ratio sumpta ex ritu non ponitur a. S.

Docto. quasi sit efficaciter concludens: sed ponitur quasi ratio sumpta a signo supposita institutione divina que est ratio efficax. alia autem verba sicut accepit et huiusmodi licet proferant eodem ritu: quia tamen non fuerunt instituta a xpo p forma consecrationis: ideo non sunt de essentia sacramenti. **Ad. 7^m.** et **8^m.** patet responsio ex immediate dictis et ex responsione ad secundum et tertium Duradi. **Ad. 9^m** dicitur primo q quia essentia huius sacramenti consistit in consecratione materie. put sepe dictum est supra: ideo verba sunt de essentia consecrationis. q vt respicit actum sacerdotis consecratis transit sicut et verba quauis res consecrata maneat. Dicit secundo q licet nihil transiens sit de essentia rei permanentis quantum ad esse potest tamen esse de eius essentia quantum ad fieri eo modo intelligendi qui positus est in primo notabili. et isto modo verba consecrationis dicuntur esse de essentia huius sacramenti. **Ad** argumentum ante oppositum patet responsio per ea q dicta sunt ad primum Scoti contra tertiam conclusionem. **Et** in hoc articulus terminatur.



Quantum ad p^o

Quoniam articulus sit prima conclusio q verum corpus xpi est in sacro eucharistie sicut veritate et non solum sicut in signo. **Hac** conclusione tenet. **S. T.** in hac dis. 10. ar. p^o. **Et** tertia. p. q. 75. ar. p^o. **Secunda** conclusio est q totum corpus totalitate subali est realiter in sacro eucharistie. **Hac** conclusione tenet. **S. T.** in hac dis. ar. 2. sub articulo p^o. et. 2^o. **Et** tertia. p. q. 76. articulo p^o. et. 2. **Tertia** conclusio est q totum corpus totalitate quantitate continetur in hoc sacro.



Quantum ad se^o

Quoniam articulus arguendum est contra conclusiones. **Et** qd contra primam arguit Duradus. pbando q corpus xpi non sit in hoc sacro tanquam contentum sed solum tanquam presens. dicit enim sic. refert aliquid esse presens alteri et esse in altero. et vt loquamur in pposito: refert aliquid esse in loco et esse presens loco. esse enim in loco importat habitudinem continentie ex parte loci. esse autem presens loco: non importat habitudinem continentie sed solum realiter exhibitionem essentie. vbi 2^o loc^o est presens realiter locato sicut e converso: quoniam quicquid non continetur a locato sicut e converso. et quoniam ppe loquendo ita sit vt dictum est: tamen large loquendo presuevit dici omne illud esse in loco quod est presens loco. vbi et de iudicium esse in omni loco et angelum in alio: cum tamen de^o et angel^o loco non contingat. et sicut hoc dicere possumus q aliquid est in loco dupliciter. scilicet ppter rationem continentie vel large ratione solius presentie ad locum. primo modo aliquid potest esse in loco dupliciter. scilicet circumscriptione vt quantitas et ea q quantitate extenduntur. et diffinitive vt ea q sunt in quanto sicut quantitate non extenduntur sicut ponitur de anima humana. ex qua enim corpus cuius anima est actus loco terminatur et finitur tanquam termino et fine extrinseco: consequens est q anima eodem termino finitur sed non circumscribitur q non est quanta nec sicut se nec sicut accidens. large vero aliquid dicitur esse in loco ratione solius presentie ad locum sicut illud quod nec est quantum nec est in quanto. vt angel^o dicitur esse in loco ratione solius ordinis quem habet ad locum vel ad corpus existens in loco. his suppositis dicendum est q corpus xpi non est in hoc sacro primo modo. scilicet circumscriptione. nec secundo modo. scilicet diffinitive sicut tertio modo. primo patet q illud est alibi circumscriptione quod mensuratur loco continetur et configuratur ei. sed corpus xpi non commensuratur nec configuratur dimensionibus specierum panis et vini nec loco eorum: ergo non est ibi circumscriptione. secundum patet quia corpus xpi non est in speciebus

Distinctio decima.



Circa de-

Circa de-
 amaz distinctio-
 nem quoniam vtriusque
 corpus xpi sit in
 altari vel eucha-
 ristie sacramen-
 to realiter et ar-
 guitur q non. qz
 nullum corpus potest
 esse in diuersis lo-
 cis. sed corpus
 xpi est vere in celo quo ascendit. ergo impossibile est q sit in altari. pbatio pme. quia nihil habet esse extra terminos suos. sed termini cuiuslibet corporis locati sunt simul cum terminis corporis locantis. ergo nullum corpus locatum in vno loco potest esse extra terminos illius loci. et ita non potest simul esse in duobus locis. **In** oppositum arguitur qz veritas noui testamenti debet respondere figuris veteris testamenti. sed in veteri testamento ipse agnus q figurabat xpm sumebatur in cibum vt patet **Exodi. 12^o.** ergo in noua lege ipsum verum corpus xpi quod p agnum significatur debet manducari. **In** hac questione erunt quattuor articuli vt sup.

sacramentalibus nec in aliquo alio subiectiue quæ-
admodum anima est in corpore vt per illud pos-
sit dici corpus esse diffinitiuè in sacramento quæ-
admodum anima est diffinitiuè loco in quo cor-
pus animatum est circumscripitiue. hec ille. ex præ-
dictis itaq; vult deducere q̄ inconuenienter di-
catur corpus christi esse in hoc sacramento tan-
q̄ contentum in sacramento vel in loco sacramen-
ti. quia omne quod cōtinetur loco oportet q̄ cir-
cumscribatur vel diffiniatur loco vel corpore exi-
stente in loco. quorum neutrum conuenit corpo-
ri christi prout est in sacramento. sed solum dici-
tur esse in sacramento per presentiaz essentie seu
eo modo q̄ substantia non quantaputa angelus
dicitur esse in corpore quod potest ab eo moueri
per talem presentiam et respectum presentie ad
tale corpus sine quacūq; continētia a tali corpo-
re. et ad hoc inducit aliquas probationes quas
non recito quia non sunt proprie contra conclu-
sionem. ¶ Contra eandem conclusionem argu-
it e contra Aureolus imo verius contra Duran-
dum probando q̄ presentialitas quaz habet cor-
pus christi ad species nō sit ordo aut respectus.
¶ Primo sic. nullam habitudinem habet nunc cor-
pus christi ad species quā non haberet pri^o sub-
stantia panis ad illas dum ibi erat presens. licet
enim non omnem habitudinem quam habeat
panis ante trāsubstantiationez ad species habeat
nunc corpus christi post trāsubstantiationez quia
non habitudinē subiecti ad accidens vel extensi-
ad extensionē: tamē e contra verum est dicere q̄
omnem habitudinem quā habet corpus xpi ad
species post trāsubstantiationem: habuit panis
ante trāsubstantiationē. Et hoc potest confir-
mari per hoc q̄ fide tenemus q̄ corpus christi est
hic per hoc q̄ panis cōuertitur in ipsum. ergo cor-
pus christi virtute illius quersionis acquisiuit ha-
bitudinem ad species quas habuit prius panis.
et circa istud fundatur tota intentio antiquo-
rum doctorum. sed panis ante conuersionem nō ha-
buit ad species aliquem respectum extrinsec^o ad-
uenientes. non enim panis mediante aliquo res-
pectu erat presens illis speciebus eo q̄ inter acci-
dens et subm nullus cadit respectus medius. qd̄
patet quia ea que per se vniunt: non vniunt me-
diante aliquo respectu. sed subm et accidēs per
se vniuntur. patet octauo methaphisice vbi dicit^r
q̄ nulla causa querenda est quare figura et es fa-
ciunt vnum. de omnia autem eo quod cuz alio me-
diante aliquo respectu tertio facit vnum: contin-
git causam querere quare cū isto facit vnum. cū er-
go panis nullum talem respectum fundabat i o-

dine ad species. ergo nec corpus christi nunc fun-
dat talem respectum. ¶ 2^o. sic. illud quod pprie
et per se non denominatiue responderetur ad iter-
rogationem factam per quid est hoc demonstra-
tis speciebus: illud non habet tm̄ ad species res-
pectum presentialitatis extrinsecus aduenientē.
probat. nam de angelo qui habebat talem res-
pectum ad columnam nubis non poterat respō-
deri demonstrata colūna ad interrogationez fa-
ctam per quid est hoc: pprie nisi tm̄ denomina-
tiue puta quia erat ab angelo mota vel huiusmo-
di. sed fm̄ doctrinam sanctorum et verbuz chris-
ti demōstrato eo quod sacerdos tenet in mani-
bus et facta interrogatione quid est hoc: respon-
detur pprie et non tm̄ denominatiue corpus
christi. ergo habet ad species aliam habitudines
q̄ respectum presentialitatis. maior pbata est et
patet per exemplum de colūna qua demonstra-
ta non poterat responderi q̄ esset angelus vl spi-
ritus sanct^o. minor probatur auctoritate Augu-
stini in libro sententiaruz prosperi. et similiter de
consecratione disti. 2^a caplo ante benedictionē.
et in illo caplo ego berengarius. et ē confessio si-
bi tradita a papa in consistorio vbi confitetur q̄
illud quod sacerdos tenet in manibus: est vera-
citer corpus christi. et Augustinus in capitulo al-
legato dicit q̄ illud quod ante benedictionē fu-
it panis: est corpus christi. et christus in cena di-
cit accipite et manducate hoc scilicet quod teneo
est corpus meum. ¶ 3^o. quia respectus presentie
extrinsecus adueniens subest voluntati ipsius p-
sentis si sit nature intellectualis sicut de angelo
presente huic loco. vnde potest se mutare de v-
na presentia ad aliam pro libito voluntatis. sed
presentia quam habet christus ad species: nō su-
best voluntati ipsius christi sed immediate soli di-
uine voluntati et in quātū est deus. vnde in quan-
tum homo: non potest voluntate sua transferre
se de presentia quam habet ad species ad absen-
tiam. ¶ 4^o. quia omnis respectus est aliquid de
relictuz in aliquo ab alio fm̄ auctorem sex princi-
piozum. et patet inducendo. nam vbi est aliquid
derelictum ex circumscriptione passiuā. et quādo
ex adiacētia temporis. habitus vero ex ornatu.
sed circa corpus christi non relinquitur aliquid
quod dicatur presentia nec ornari nec circumscri-
bi et huiusmodi. igitur. Si dicas q̄ ille respectus
presentie non est in aliquo sex predicamentoz
contra. ergo erit dare vnde cum predicamen-
tū. dices q̄ non est incōueniēs q̄ Aristoteles nō
viderit oia pdicamēta: cōtra. ita incōueniēs est q̄
tu nō videas q̄ qcqd̄ def̄ qd̄ sit dicibile icōplexuz

non reducat ad aliquod decem generum. ¶ 5°. quantitas corporis christi nullam habet presentiam quod sit respectus ad illas species. ergo nec substantia corporis christi tenet consequentia. quia unioformis est connexio substantie corporis christi ad species: et omnium concomitantium. antecedens probatur. quia presentia quantitatis ad quantitatem: non est aliud quam contactus. quod patet quia talis presentia est simultas. tunc sic. illa simultas autem est similitudo autem se tota: et quocumque modo dicatur semper est ibi contactus. eo enim modo quo due quantitates sunt simul: eo modo se tangunt. impossibile est enim a duabus quantitatibus sibi inuicem presentibus circumscribere rationem contactus. si ergo quantitas corporis christi haberet talem presentiam ad tales species: esset ibi virtus contactus et ita esset ibi extensa. hec ille in forma. ex quibus videtur quod corpus christi non sit realiter in eucharistia tanquam contentum nec tanquam presens speciebus presentia respectiva. ¶ Contra aliqua contenta in declaratione secunde conclusionis. scilicet quod ex vi sacramenti continetur in eucharistia anima rationalis: non inquam anima sed in quantum dat esse corporeum arguitur. et quidem supponitur quod in christo non est alia forma substantialis preter animam rationalem que dat esse substantiam et esse corpus et esse animal et esse hominem et cetera. arguit Scotus primo sic. quod si hostia consecrata in cena a christo in pyride fuisset conseruata in triduo: permansisset ibi eadem res primo contenta. illud autem in quod fiebat primo conuersio non fuit materia prima nec accidentia nec compositum ex materia et accidente. ergo compositum ex materia et forma substantiali. illud ergo semper mansisset in triduo. sed tunc non erat compositum ex prima materia et anima intellectiva: quia christus fuit vere mortuus in cruce: et ita anima intellectiva vere fuit separata. sed non potest simul esse separata et unita corpori. igitur et cetera. ¶ 2°. quia terminus huius conuersionis oportet quod sit ens reale quod conuersio est realis. sed anima intellectiva ut dat esse corporeum distinguendo contra esse intellectuum: semper non est aliquid reale sed tantum quod abstractum per actum intellectus sicut commune est aliquid preter singularia sepe. ergo ista conuersio non potest esse in animam ut est deus esse corporeum. ¶ 3°. sic arguit. illud corpus quod ponitur terminum conuersionis primum: est corpus mathematicum aut corpus naturale. non enim distinguit philosophus corpus in plura. si mathematicum: ergo includit actu quantitatem: ergo quantitas esset ibi primo ex vi conuersionis. nec erit

transubstantiatio sed transaccidentatio: si accidens per se requiratur in termino. si sit corpus naturale: ergo est naturale per formam substantialem vel per qualitatem. si primo modo habetur propositum quod illa forma non est anima intellectiva. si secundo modo cuius quantitas naturalis presupponat quantitatem: adhuc habetur propositum quod primum terminum conuersionis includit materiam cum quantitate et qualitate et ita erit dupliciter ens per accidens. ¶ 4°. quod non efficacia sunt verba super sanguinem quam super corpus. sed dicendo hic est sanguis vel hic est calix sanguinis mei: non potest ibi fingi terminum conuersionis sola materia sub modo quantitativo: quia illud non est sanguis cum sanguis dicat aliquam substantiam que generatur a nutrimento sumpto et est proximum conuertendum in carnem nec generaretur nec conuerteretur nisi haberet propriam formam substantialem. ¶ 5°. quia cum dicitur hoc est corpus: non ponitur ad distrahendum de veritate carnis et ossis et huiusmodi sed potius ut includit omnes partes eius quod est primo animabile. sed si diceretur hec est caro vel os: fictio videretur ponere terminum conuersionis esse tantummodo materia sub modo quantitativo vel materia sine forma substantiali. ergo multo magis in proposito accipiendum corpus ut est quoddam includens omnia illa sicut hic accipitur. ¶ 6°. quia ista via non solum non saluat sufficienter veritatem eucharistie: sed nec saluat veritatem rei contente in eucharistia semper veritatem corporis et sanguinis christi. quia sicut in existentia materiali ita et in eucharistia erat idem corpus viuum et mortuum ut probatur per multas auctoritates sanctorum. similiter nec identitatem sanguinis effusi super terram de latere christi mortui. hec ille cuius multis alijs rationibus adductis super secundo sententiarum in materia de pluralitate formarum in homine que non sunt ad presens propositum ideo non recitantur. ¶ Contra eadem in conclusionem prima contenta arguit Aureolus et semper idem tripliciter. primo quod quando aliqua differunt sola ratione: impossibile est quod per aliquam actionem attingatur unum et non aliud. si anima ut dat esse corporeum per se: sola ratione differt a seipsa ut dat esse intellectuum. transubstantiatio autem est actio realis. ergo impossibile est quod attingat animam ut dat esse corporeum quin attingat eam ut dat esse intellectuum. ergo ex vi conuersionis eque directe anima est sacro ut dat esse intellectuum sicut ut dat esse corporeum. ergo videtur contradictio quod terminum conuersionis sit anima dans esse corporeum et ut est intellectiva sit tantummodo terminum per concomitantiam. ¶ 2°. sic. nam in octo in de officio missae dicit

ego inquit vitam eternam habere desidero. ideo carne christi comedo veraciter illam quam extraxit de virgine. tunc sic. si in triduo aliquis apostolorum consecisset: aut fuisset illa caro que hodie est: aut non. si sic: habetur propositum quod illa caro que tunc fuit: non includebat animam christi ut dat esse corporeum sed aliam formam carnis. si vero non sit eadem caro que hodie est in eucharistia tunc illa que fuisset in triduo: ergo non est sacramentum semper uniforme. et sequitur ulterius quod illa caro que hodie est: non est illa a qua fluxit sanguis in cruce et que iacuit in sepulchro. quia sanguis exiit a carne separata ab anima rationali ut habetur Joannis. 19. similiter sequitur quod hodie non fit transubstantiatio in sanguinem qui emanavit de christi latere: quia ille non erat animatus.

¶ 3°. sic. ex eadem auctoritate. nam dicitur ibi illam carnem manduco quam christus de virgine traxit. sed constat quod christus non traxit de virgine animam cum anima non sit ex traduce. igitur et cetera. hec Aureolus in forma. ¶ Contra eadem ipsa arguit Henricus. 9°. quodlibet. q. 8°. dicens post multa argumenta quibus probat in homine esse aliam formam substantialem preter animam racionales: infert sic. ex parte corporis patet in quid fit conversio: quia in corpus aliam formam habens preter animam racionales. Item videndum est ex parte conversionis quia tota substantia panis convertitur in verum corpus christi quia est ibi et non aliter nisi per conversionem. et ideo cum materia non sit corpus: non fit conversio in solam materiam. tunc enim cum minus esse habeat materia quam forma substantialis habet maius et verius esse: convertere actione divina in minus esse. quod est inconueniens quia sicut deus nulli est causa tendendi in non esse secundum Augustinum 83. questionum: ita nec tendendi in minus esse: quod utrumque sonat in defectum. ergo tota substantia panis non convertitur in materiam. Item nec in materiam cum intentione corporeitatis absque realitatis forme: quia sic non esset conversio in corpus reale sed rationis. unde non fit conversio in rem que est anima rationalis sicut nec in diuinitatem. Licet quedam noua positio dicat quod conversio fit in animam secundum quod dat esse corporeum non autem secundum quod dat esse animatum tali anima. sed si hoc esset: tunc non esset conversio in corpus generatum ex virgine: quia anima rationalis secundum nullam rationem generata est. quod falsum est quia dicit Ambrosius quod concipimus corpus quod de virgine est. ¶ 2°. quia si ita esset: tunc in triduo anima separata a corpore non potuit dici quod corpus christi fuit in se

pulchro nisi secundum materiam. nec fuisset facta consecratio nisi in nudam materiam et non in corpus quia deficiebat terminus conversionis. quod corpus christi non est corpus ut dicunt nisi ab anima rationali. nec fuit illud corpus idem viuum et mortuum nisi unitate suppositi. et sic in triduo non fuissent vera verba consecrationis: hoc est corpus meum. ¶ 3°. si hostia consecrata ante mortem christi fuisset seruata: cum anima separata in morte non mansisset corpus. et sic manentibus speciebus defecisset res sacramenti et non fuisset corpus christi sub hostia. que sunt inconuenientia nec possunt euadi nisi ponendo formam aliam in homine preter animam. fit ergo conversio in tale corpus quod mansit in triduo idem quod prius. et consecratum remansisset: nisi quod hora mortis in cruce mortuum fuisset per separationem anime. unde dicit Guilelmus altissiodorensis quod si corpus christi fuisset seruatum in pixide: concedenda esset ista: corpus christi moritur in pixide. nec per hoc intelligitur aliqua noua proprietates aduenire. sed sensus est: anima christi incipit non esse hic. et sic non est ponendum quod maneat materia nuda sine forma nec quod forma cadaueris introducat. et sic stat quod diuinitas et anima non sunt in sacramento ex vi sacramenti licet sint ibi per naturalem concomitantiam quoad anima coniuncta fuit preter triduum. Et ideo non valet quod modernidicunt quod conversio fit in animam secundum quod dat esse corporeum: tamen ut est rationalis non est ibi nisi per concomitantiam imo fit conversio in corpus quod habet formam. In bruto autem cum non sit alia forma quam anima: si virtute diuina fieret conversio alicuius in corpus bruti dicendo hoc est corpus bruti: anima bruti esset ibi vi verborum et non per concomitantiam quoad illud quod est ibi secundum rem. quo ad rationem autem vegetabilis et sensibilis: non esset conversio in corpus sed tantum in materiam et partes eius que corpus non appellatur. hec Henricus in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Durandus probando quod in eucharistia non sit quantitas dimensura corporis christi. primo quod non sequitur quantitas christi non separatur a corpore suo: ergo est cum corpore in sacramento per concomitantiam. sicut enim locus celi non separatur ab eo secundum contactum quod tamen non propter hoc est in sacramento: sic videtur esse hic. ¶ 2°. sic. cessante causa: cessat effectus. et ideo corpus christi sit propter ordinem quem habet ad species ut substantia non ut quantitas: ergo est hic suba et non quantitas. ¶ 3°. quia quod aliqui arguunt videlicet dicunt enim quod non sequitur: deus facit quod calidus presens calefactibili non comparetur et in ratio-

ne calefacientis suspendendo actionem et retinendo calorem: ergo in se non est calidum vel calefactum. ergo a simili licet non faciat quantitates corporis christi esse in se indivisibiles quia hoc esset contradictio: potest tamen facere ipsam comparari ad species que sunt extra modo indivisibili. hoc autem non est simile. quia quod sequitur ad approximationem agentis ad patiens: est aliquid absolutum quod deus potest impedire. sicut non potest facere quod quantitates unius rationis ad invicem comparate una non sit inferior alia vel equalis: sicut etiam nec quantitates quecumque ad invicem comparate quin una sit maior aut minor aut equalis. quo facto sic non compararetur dissimiliter ad totum et partem vel pars ad partem et totum ad totum. ¶ 4°. sic impossibile est quod quantitas comparetur quantitati modo nature impossibili. sed modus nature quantitates est divisibilitas. ergo impossibile est quod quantitas comparetur modo indivisibili. sed si quantitas corporis christi presens esset speciebus modo substantie: comparetur ad eas modo indivisibili. igitur et cetera. ¶ 5°. quia substantia potest comparari ad locum circumscriptionis mediante quantitate quam habet et sequitur modum quantaris quia hoc non repugnat sue nature. licet enim substantia non sit divisibilis per accidens ratione tamen quanta et divisibilis per quod extenditur. sed quantitas cum de ratione sua intrinseca habeat partes positione distinctas et per hoc sit divisibilis: nullo modo potest sibi competere respectu cuiuscumque alterius indivisibiliter se habere. propter quod non comparari potest ad locum modo substantie ut tota sit sub speciebus et tota sub qualibet parte. ¶ 6°. quia anima rationalis que se habet in se est indivisibilis quavis sit in corpore quanto et mediante eo sit in loco: tamen non comparatur nec comparari potest divisibiliter seu quantitatively ad ipsum corpus quantum nec ad eius locum. immo ipsa tota est in corpore et in qualibet parte corporis et similiter se habet ad locum continens corpus suum. ergo similiter quantitas que de se et de natura sua intrinseca est divisibilis quia habet partes positione differentes quavis sit in substantia que de se est non quanta nec divisibilis: non potest ratione substantie comparari ad aliquid indivisibiliter: sed necessario comparatur quantitatively et divisibiliter. ita quod necessario se habet dissimiliter ad totum et ad qualibet eius partem. et sic si quantitas corporis christi est in sacramento per concomitantiam ad substantiam: non apparet possibile quali-

ter ipsa tota possit esse equaliter presens speciebus et cuilibet parti specierum. ¶ 7°. quia ubi cumque est substantia in se realiter: ibi est substantialiter. quia iste modus est ab ea inseparabilis. ergo similiter ubi cumque est quantitas in se realiter: est ibi quantitatively quia iste modus est sibi essentialis vel inseparabilis. sed illud quod inest quantitatively alicui: non potest comparari ad totum vel eius partem dissimiliter. igitur ut prius. hec Durandus. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Scotus, probando quod modus ponendi corpus christi quantum non quantitatively in eucharistia non sit conveniens. primo quod unum quodcumque siue sit primum terminus transubstantiationis siue secundus: sit tamen est ibi: habet proprietates suas que sibi necessario et naturaliter conveniunt. quod probatur ex eo quod si deus creet substantiam quantum vel natura generet substantiam ut concomitetur quantitas: utriusque productionis primus terminus est substantia et terminus concomitans est quantitas. et tamen tam in genito quam in creato: quantitas habet suum modum reale sicut haberet si primo terminaret aliquam mutationem. et hoc probatur per rationem quia alia habitudo ad agens: non variat naturam rei hoc est prima vel secunda mediata vel immediata: dum tamen producat. quia nec habitudo ad aliud agens variat naturam rei acceperunt Augustinus. 3°. de trinitate. capitulo. 9°. non ergo carebit quantitas suo proprio modo naturali. propter hoc tamen quia non est primus terminus transubstantiationis: dum tamen sit ibi realiter siue primo siue secundo per illam mutationem. ¶ 2°. sic. si per conversionem sit terminus ad quem ubi prius fuit terminus a quo: ergo modus essendi huius et illius erit similis ille saltem qui potest esse communis utriusque sed panis conversus erat hic quantitatively suo modo quia sub quantitate habens partem extra partem. ergo et substantia corporis christi existens hic ex vi conversionis: erit hic suo modo quantitatively habens. scilicet partem substantie sub parte quantitatis. et tunc quantitas eius erit hic proprie dimensionis. ¶ 3°. quia positio que est differentia quantitatis necessario est in quanto continuo permanenti. et istam oportet salvari in proposito que. scilicet dicit ordinem partium in toto. non enim est intelligere aliquid esse dimensionatum: quin sit significare in toto ordine huius partis ad illam secundum quantitatem interminatam. hec ille. ¶ Contra eandem arguit Aureolus probando quod non ideo quantitas corporis christi in eucharistia absoluitur a legibus quantitatis: quod non est ibi nisi per concomitantiam. primo quod secundum terminos in terminate non sunt in materia nisi per formam ita quod concomitantur formam in materia. et generatio que per

se terminatur ad formā: terminat secundario et per accidēs ad quāritatem. et quātū dat generās de forma: tantū dat de quāritate. sed hoc nō obstante q̄ quāritates sint in materia p̄ concomitātiā: nō absoluunt in se a legib⁹ quāritatis. alias omne corpus esset indivisibile fm̄ suā quantitatē et 2. ¶ 2.º. quia si ratio tua sit bona q̄ q̄ substantia est ibi sine legib⁹ quāritatis ideo ille dimēssiones sint sine pprietatibus quāritatis eo q̄ sūt ibi per cōcomitantiā substātie: per eandē rōnem sequitur q̄ iste dimēssiones ibi sint ad indivisibilitatem reducte q̄ sunt ibi modo substātie q̄ de se indivisibilis ē. ¶ 3.º. quia omne accidēs et si sit posterior suo subiecto: in illo tamē posteriori q̄ aduenit subiecto: ponit suum effectū formālē et suarū passionū circa subiectū. sicut albedo in posteriori quo aduenit subiecto dat esse albū. sed p̄ te in sacramēto altaris est vera quantitas corporis xp̄i realiter licet p̄ accidēs. ergo in illo posteriori dabit esse quātū corpori et alias passiones quāritatis. ¶ 4.º. illud quod cōcurrit cum substātia ad fundandū ordinē ad diuisibilitatē: videt habere per se ordinē ad illā. sed quāritas cum substantia cōcurrit ad fundandū illū ordinē q̄ illa suba corporis xp̄i aut est diuisibilis aut indivisibilis. si vt fundat illū ordinē partium adinuicē sit diuisibilis: ergo per quāritatē et habet p̄positum. si sit indivisibilis: ergo non habet partes. et sic corp⁹ christi in sacramēto non habet caput nisi plura membra. hec ille in forma.



Quantum ad ar

ticulū tertium primo notandū est q̄ verū corpus xp̄i esse realit̄ in sacramēto eucharistie sub speciebus panis et vini sola fide tenetur a nobis. non enim ab intellectu viatoris id cōprehendi aut efficaciter seu demonstratiue cognosci potest. put. S. Tho. deducit in hac distin. ar. 4. sub. ar. 5. De modo aut̄ existendi hoc certū habemus ex determinatione ecclesie q̄ corp⁹ et sanguis xp̄i in sacramēto altaris veraciter continetur sub speciebus panis et vini p̄transubstantiationē panis in corp⁹ et vini in sanguinē potestate diuina: sicut habet de summa trini. et fide catho. caplo firmiter credim⁹. Duo ergo ista inconcussē tenenda sunt. vnus q̄ corpus et sanguis xp̄i vere cōtineant̄ in sacramēto eucharistie sub speciebus panis et vini cōtra nōnullos qui cōcedūt corpus et sanguinē xp̄i esse in sacramēto ratione presentie sed nō p̄tineri in sacramēto. i. in speciebus sacramentalibus. quibus caplin allegatur ex-

presse aduersatur cum dicat veraciter cōtinent̄. Aliud est q̄ id fiat per cōuersionē et trāsustantiationē panis et vini in corpus et sanguinē xp̄i quod in eodē caplo notat̄ cum dicit trāsustantiationis panis in corpus et vino in sanguinē potestate diuina. vbi ablati⁹ tenet̄ causaliter ex contextu littere. Circa modū aut̄ continēt̄e animaduerten dū est q̄ aliqd̄ cōtineri in alio dupliciter pōt̄ intelligi. vno modo pprie et stricte quādo. s. id qd̄ in alio continet̄: cōcluditur et limitat̄ ab illo vel situ vel virtute et opatione vel modo aliquo. sicut dicimus q̄ corp⁹ locatū continet̄ in loco in quo est q̄ ad illd̄ per suā quantitatē limitatur. et angel⁹ continet̄ in loco circa quē opatur in quantum eius virtus et opatio p̄ tunc limitat̄ ad locū illū. Alio modo dicit̄ aliquid cōtineri in alio min⁹ pprie quādo. s. p̄ suā realē entitatē est in eo q̄ suis ab illo non cōcludat̄ aut predicto modo limitet̄ vel ab eo pficiatur. p̄ quē modū ecclesia cātat̄ loq̄ns ad beatā virginē: in tua se clausit viscera fact⁹ hō. et isto secūdo modo corpus xp̄i et sanguis dicit̄ur in sacramēto contineri q̄. s. veraciter et fm̄ ppriam entitatē existit in speciebus sacramentalibus. et iste videtur esse sensus capituli p̄allegati quem sequit̄. S. Tho. ad designādū q̄ licet sacramētū sit in genere signi: non dicunt̄ corpus et sanguis xp̄i esse in sacramēto vel sub speciebus sacramentalibus tantūmodo sicut in signo sed q̄ veraciter et fm̄ ppriam entitatē in eis existit. Unde i hac disti. ar. p̄mo ad. 5.º. cū diceret. S. Doc. q̄ corpus xp̄i non est in speciebus sacramentalibus vt in loco p̄ se loquēdo sed vt in sacramēto adiecit. nō solū significāte sed cōtinente ip̄m ex vi cōuersionis facte. Et tertiā pte. q. 75. ar. p̄mo i cor. sacramēta inquit veteris legis illud verū sacrificium passionis xp̄i cōtinebant soluz in figura fm̄ illud hebre. 10. vmbra habens lex futurorū bonorum: nō ipsam rerū imaginē. et ideo oportuit vt aliquid haberet plus sacrificium noue legis a christo institutum vt. s. contineret ipsum christū passum non soluz in significatione vel figura sed etiam in rei veritate. et ideo sacramentum quod ipsum xp̄z realiter cōtinet vt Dionisius dicit. 4. capitulo ecclesia. hierar. est perfectiū omninū sacramentorum aliorū in quibus virtus xp̄i participatur. hec ille. Et in responsione ad. 3.º. cum diceret q̄ corpus xp̄i est in diuersis altaribus non sicut in diuersis locis sed sicut in sacramēto adiūgit. per quod non intelligimus q̄ xp̄s sit ibi soluz sicut in signo licet sacramentū sit in genere signi. sed intelligimus corpus christi hic esse f̄z modū propriū in huius sacramēto.

Secundo

Secundo Notādū est q̄ vt. S. Tho. dicit. 3^m. par. q. 76. ar. 6. in. cor. per hoc q̄ dicitur xpm̄ esse sub vel in sacramēto: designat quedā habitudo ei⁹ ad sacm̄. est autē in vel sub sacro ratione illi⁹ qd̄ in ipm̄ conuersum ē prout ip̄e inquit in hac dis. ar. 3. sub. ar. 2. in. cor. 7 ad. 3^m. non enim est xps̄ in sacro ratione sui nec ratione sue quātitat̄ nec rōne sue virtutis v̄l operationis vt ibi. S. Doc. notat. quāobrē habitudo corporis vel sanguinis xpi ad sacm̄: ad idem gen⁹ p̄tinet ad quod habitudo substātie panis vel vini in ipam̄ cōuer- sa pertinebat quīs non per omnia eodē modo. Hoc autē non sic intelligim⁹ quasi omnē habitu- dinē quā habuit substātia panis aut vini ad spe- ciem ante trāsustātationē: habeat suba corpo- ris et sanguinis xpi post trāsustātationē. nam hoc falsum est cū nō habeat habitudinē subiecti ad accidēs aut quāti ad suā quātitates vel extēsi ad suam extēsiōnem 7 sic de ceteris habitudinibus intrinsecis. sed intelligim⁹ q̄ omnē habitu- dinē quā hēt substātia corporis 7 sanguinis xpi ad spēs sacrales: habuit suba panis 7 vini sub il- lis preexistens q̄s aliter et aliter. Unde dicere possum⁹ q̄ habitudo corporis et sanguinis xpi ad species sacrales: est habitudo signati ad sig- num 7 contēti ad continēs 7 p̄sentis ad rē sibi p̄- sentem. quāsi habitudines habuit suba panis et vini ad ipas species alio tū 7 alio modo. nā ha- bitudo substātie panis et vini ad ipas species est habitudo signati ad signū 7 contēti ad con- tinēs 7 p̄sentis ad p̄sens: sibi suppositaliter 7 fm̄ esse existētie inherēs 7 vnum numero cū eo existēs ab illo hīs 7 eē 7 operari. substātia vero corporis 7 sanguinis xpi habet ad species sacra- mētales easdē habitudines genere sicut ad ali- quid sibi extrinsecum suppositaliter 7 fm̄ esse exi- stētie ab illo diuersum ac distinctū numero nec ab illo depēdēs aut in esse aut in operari. itaq̄ p̄ hoc q̄ suba corporis 7 sanguinis xpi succedit sub- stātie panis 7 vini: ex ratione conuersionis hēt ad species sacramētales quasdam habitudines quas substātia panis 7 vini prius existēs habue- rat. non tamē omnes nec eodē modo sed illas p̄cise 7 illo modo q̄ ex vi 7 ex modo cōuersio- nis necessario consequūt. hec autē sunt quas su- pra notauimus 7 si que alie dari possunt extrin- sece habitudines 7 respectus.

Tertio Notādum ē q̄ in sacramē- to eucharistie panis 7 vini trāsustātatur in verum corpus 7 sanguinē xpi ita vt verum corpus 7 sanguis xpi contineātur

in sacramento prout catholica tenet ecclesia in ca^o firmiter credimus de summa trini. 7 fide ca- tho. et in ca^o cum marthe. de cele. mis. iuxta ver- bum domini ap̄thet. 26. dicētis: hoc est corp⁹ meum: 7 hic est sanguis meus. et ideo necesse ē dicere q̄ idipsum corpus xpi 7 sanguis consecra- tur sub sacramēto: quod est veraciter corpus et sanguis xpi in propria specie extra sacramētū. vnde si in triduo mortis xpi aliquis apostolorū sacm̄ eucharistie consecisset vel etiā post cenā domini ante ipsius mortē: corpus xpi fuisset sub sacramento in ipso mortis triduo exanime: eo q̄ extra sacramētum in ppria specie pro tūc exani- me fuit. si enim corpus christi sub sacramēto fu- isset in illo triduo animatū ac per hoc viuū: nō fuisset sub sacramēto idipsum corpus xpi q̄m ad substātiā quod erat extra sacramētum in ppria specie cui 7 i propria specie extra sacramētum fm̄ fidem vere mortuum fuerit. mortuū nāq̄ 7 vi- uū differūt essentiali differētia. est enim anima rationalis forma substāialis 7 pse corporis hu- mani prout de sūma trini. 7 fide catho. diffinitū est in dement. vnde corpus hominis mortuū et corpus viuū nō dicitur vniuoce sed equiuoce corpus humanū. quod cūq̄ enim essentialiū p̄- cipiorū subtrahatur: iā non remanet eadē ratio speciei 7 per consequēs nec nomē vniuoce dice- tur. 7 inde ē q̄ in triduo mortis xpi eius corpo- ralis oculus equiuoce dicit⁹ est cum oculo xpi vi- uū prout. S. Tho. deducit. 3^o. quol. 3. ar. 4. ex q̄ vltius sequitur q̄ corp⁹ xpi viuētis et mortui non fuit idem numero idēitate essentiali 7 spe- cifica: quīs fuerit idē numero idēitate suppositi 7 idēitate materie 7 idēitate eē existētie. Et ex supradictis inferimus duo. vnum est q̄ si in tri- duo mortis xpi sacramētum eucharistie fuisset consecratum: in toto triduo mortis fuisset sub sacramēto eadē numero res ex vi sacramenti in eo contēta: qz esset idē numero corpus christi 7 idēitate suppositali 7 idēitate essentiali. i. hīs eādē omnino materiā 7 eādē formā subalem. Aliud ē q̄ si in die cene aliquis hoc ipsum sacm̄ conficeret 7 illud seruaret vsq̄ in tridū mortis xpi inclusiue: non fuisset in triduo ipso sub sacra- mēto eadē res omnino primo contēta. s. directe ex vi sacramēti q̄ fuerat i ipso ante tridū mor- tis. p̄bat hoc. qm̄ stāte casu isto corpus xpi ante tridū consecratū: fuisset viuū pro tūc sub sacra- mēto. xpo autē in cruce moriēte: corpus xpi sub sacro fuisset mortuū 7 ratione p̄missa in p̄ncipio notabilis. ac per hoc anima separata a corpore p̄ cui⁹ separationē necessario noua forma corpo-

ticulum tertium primo notandum est quod licet secundum doctrinam philosophi omne moueri est aliter se habere nunc quam prius si moueri proprie accipitur: non tamen contra omne quod se habet aliter nunc quam prius proprie mouetur: nisi aliter se habeat secundum formas ad quas per se et directe est motus vel mutatio. cum enim paries albus efficiat de nouo similis alteri parieti nouiter dealbato: manifestum est quod aliter se habet quam prius quia aliqua forma reale et aliquid esse reale de nouo acquiritur. scilicet nouam relationem similitudinis et nouum esse relatiuum. et tamen non dicitur proprie moueri aut mutari quia non se habet aliter secundum formam que sit per se terminus motus vel mutationis. nam ad relationem non est motus vel mutatio ex se. physico- rum. et ita non se habet aliter per sui mutationem sed alterius. Secundum hoc ergo dicimus quod licet corpus christi post consecrationem aliter se habeat quodam modo quam prius quia vere et realiter habet esse sub sacramento quod ante consecrationem non habuerat: non tamen propterea dicitur proprie moueri seu mutari. non enim ut est sub sacramento: aliter se habet nunc quam prius per sui mutationem sed per mutationem alterius. scilicet substantie panis conuerse in ipsum. nullam enim formam acquirit vel perdit corpus christi sub sacramento ad quod sit per se motus vel mutatio. quia non substantialem nam non generatur aut corrumpitur. nec eius quantitas augmetatur vel diminuitur. nec secundum propriam qualitates alterari potest cum sit corpus gloriosum. nec mouetur localiter cum non deserat locum. scilicet celum in quo est secundum Augustinum. donec seculum finiat sursum est dominus de cetero. disti. 2^a. caplo prima quod dicitur. Et confirmatur generaliter quam ad omnem motum vel mutationem proprie dictam. quia nihil circa corpus christi fit sub sacramento: nisi quod per verba consecrationis exprimitur. nam facta id tantum modo efficiunt quod verba forme designant. unde cum verba consecrationis nihil motus vel mutationis realis exprimant fieri circa corpus christi: consequens est quod nullo modo mouetur per hoc quod est sub sacramento. ¶ Ex quibus inferimus quod fallax sit ratio quorundam sic

argumentatiuz. corpus xpi per hoc qd est in sacro aliter se habet qd prius quia aliquod esse habet qd ante consecrationem non habebat. s. esse sub sacro. ergo facta est in eo realis mutatio. certe fallit talis argumentatio fm fallaciaz consequētis. nam vt supra fuit premissum: recte sequitur si aliquid mouetur qd aliter se habeat nūc qd prius. sed ecōtra: non recta consequentia inferitur qd si aliquid se habet aliter nūc qd prius: ideo proprie loquēdo mutetur. esse enim quod corpus christi nouiter habet in sacramēto fm quod vere et realiter est sub sacramēto: non est absolutum nec fm aliquam formam absolutam que sit terminus motus vel mutationis: sed est quoddam esse relatiuū quod absq; mutatione proprii subiecti per mutationem alterius de nouo acquiritur. s. per cōuersionem substantie panis in ipsum. aliter autem et aliter se habere fm esse relatiuum: nō necessario arguit mutationez realem in subiecto etiam si eē relatiuū sit reale vt patet ex. 5. methaphisice. et 5. physicozum.

Secundo Notādum est qd esse in loco diffinitive si proprie accipitur: ē ita esse in vno loco qd non simul in alio prout. S. Tho. inquit p. 1. q. 1. ar. 2. cu3 ergo corpus christi sit quādoq; in vno loco ita qd simul etiam est in alio loco: si simul fiat consecratio in pluribus altaribus: consequens est qd proprie loquendo corpus christi non est diffinitive i loco etiaz per accidens ratione specierum fm qd sibi competit esse in loco. et sic Sāctus Thomas tam in primo opere qd in secundo negat corpus christi esse in loco diffinitive. Verū tamē si min⁹ proprie et large capiatur esse diffinitive in loco p eo qd est non esse vbiq; sed eē in loco vno vlt pluribus fm aliquam determinationem seu limitationem: sic dici potest qd corpus christi est in loco per accidēs diffinitive: quia ita est sacramentalr in loco specierum panis et vini remanentiū post consecrationem vno vel pluribus: qd non est sacramentaliter alibi. vnde corpus xpi fm qd habet esse in propria specie: est proprie loquendo diffinitive in loco quia ita est in vno loco scilicet in celo qd nō est simul alibi. fm vero qd est in sacramēto: potest dici non proprie sed large loquēdo qd est diffinitive in loco: quāuis in pluribus locis sacramentaliter simul sit ratione supradicta. Et isto secundo modo aliqui doctores loquuntur dicentes qd corpus xpi fm esse qd habet in sacramento est diffinitive in loco quāuis non circūscriptiue. diffinitur enim et limitatur vt sic ad illum locum precise in quo sunt species sacramentales.

Tertio Notādū est qd vt. S. Tho. dicit infra. dif. 49. q. 2. ar. 2. in cor. si a sensu remoueatur id qd cōuenit sensui inq̄m est sensus: nō erit sensus. et similr si a visu remoueat id qd est visus inq̄m est visus: nō erit visus. cū ergo sensus inq̄m est sensus percipiat magnitudinē: et visus inq̄m ē talis sensus percipiat colorē impossibile ē qd visus percipiat aliqd qd nō ē color nec magnitudo nisi sensus diceret equoq;. vñ qz visus et sensus est futur⁹ id ē specie in corpore glorio: nō poterit eē qd diuinā essentia videat sicut visibile p se. videbit autē eā sicut visibile p accidens dū ex vna pte visus corporalis tantā gliaz dei inspiciet in corporib⁹ et p̄cipue gliosis et maxime i corpore xpi. et ex pte alia intellect⁹ tā clare videbit deū: qd in reb⁹ corporali visis de⁹ percipiet sicut in locutione percipit vita. quāuis enī tūc intellect⁹ noster nō videat deū ex creaturis: tūc videbit deū i creaturis corporali visis. et hūc modū quo de⁹ corporali possit videri ponit Aug⁹ in fine de ciuitate dei vt patet verba ei⁹ intuēti. hec. S. Doc. Dicit autē aliquid videri aut sentiri visu vel sensu corporali p accidens put ipse paruz sup⁹ deducit: qm ex eo qd p se sentit visu vel sensu corporali: vis superior apprehensiuā cui⁹ est illud cognitū p se cognoscere: statim sine dubitatione et discursu apprehēdit. sicut videmus aliquē viuere ex hoc qd loquit. qm autē aliter se hēt: nō dī illud sensus videre etiaz p accidens.

Ex qd inferim⁹ et ex his q. S. Tho. dicit. p. 1. q. 12. ar. 3. Et i hac dif. 10. ar. 4. sub. ar. p. 1. Et. 3. p. q. 76. ar. 7. nūq; fuisse mētis. S. Tho. qd xps exis sub sacro videt corp⁹ suū oculo corporali tanq̄ p se visibile nec qd ad subaz corpis nec qd ad ei⁹ magnitudinē vlt colorē fm modū quē hēt sub sacro. quāuis aliq̄ nō satis aduertētes dicta ei⁹ id opinatifuerit. pbat hoc ex pmissis. qm fm ei⁹ doctrinā null⁹ ocul⁹ corporalis etiā glificat⁹ pōt videre subaz quācūq; nec modū ipsi⁹ subalē: cū visus corporalis hēat p se obiecto accidēs. s. qlitatē p obiecto proprio: et quātitatē p obiecto cōmuni sub modo quātitatiuo et qualificatiuo. nā visio fieri hēt fm figurā pyramidalē et p imutationē factaz in medio et p mediū aeris vel aque in sensu a specie deriuata a re visibili. vñ qz quātitas et qlitas corporis xpi fm qd existūt sub sacro nō hēt modū quātitatiuū nec qualificatiuū sed modū sube sicut et ratione substantie ibi sunt: cōsequēs est qd nec sensus visus nec alteri⁹ cuiusuis sensus corporalis esse possunt p se obiectū nec etiā p accidēs. nam suba et modus sube nō dicuntur cognosci per accidēs sensu corporali nisi quia quantitas et qualitas qd sunt vnum subiecto cum substantia: cognoscuntē

at ali sensu p se. cū ergo vt pmissum est qualitas et quātitas corpis xpi, put sunt in sacro cognosci non possunt sensu corporali p se imo habeant ibi modū et rōnē sube: sequit q nec p accidens sensu corporali cognosci possunt sicut nec ipa suba.

Quarto Florādū ē circa intellectuz quorū dā verborū. **S. T.** ait enī in hac dis. ar. 4. sub. arti. p^o ad p^mū q si oculus xpi esset extra spēs sacri nō videret subam suā infra spēs contētā ex natura glie nisi miraculose. hec ille. vbi satis videt innuere q oculus xpi existētis in sacro videt subam sui corpis et loquit de oculo cognoscit illū. hoc autē videt pmissis obuiare. deduxim⁹ enī ex dictis q nullus sensus corporalis se extendit ad piciendā alicui⁹ rei subam. Sed sciendū est q. **S. Doc.** loquit in palle gatis verbis de visione p accidēs qua subm dicitur videri vīsū ei⁹ accidētibus. hoc autē dupliciter cōtinēt. vno modo p eandē potētā. sicut vidēs cursū petri et albedinē parietis: p accidēs dicit videri petrum currētes et parietē albū. alio modo nō p eandē potētā quē ad modū. **S. T.** dicit infra dis. 4. q. 2. ar. 2. in cor. q videm⁹ aliqūē viuere ex eo q loquit. nō q vtrāq; vīsio sit p eandē potentiam: sed qz vīsio per oculū corporalē q quis loquitur: intellect⁹ cognoscit illū viuere. p quē moduz pbs dicit. 7^o. metha⁹ q accidētia magnā partem cōferunt ad cognoscēdū quod dā est. Cū in pposito nō oculus xpi existētis sub sacro videns p se gloriā claritatis corporis sui et colorē excellētissimū: cognoscit p accidēs subm ipsi⁹ glorie claritatis sūm primū modū. et ea autē vīsione corporali intellect⁹ xpi deuenit p accidēs in nobilissimam et pfectissimā sui corpis subam et humanitatē. arguit enim tār⁹ de cor glorie: eminentissimā sui corpis naturā. et hoc q⁹ ad secūdū modū. **Sed** quia **S. Doc.** i p fata respōsione excludit a visione corporali xpi existētis in sacro alioz oculos extra sacm existētū: cōsiderandū est q vt sepe dictuz fuit supra: nec quantitas xpi, put ē sub sacro nec ei⁹ qualitas hēt modū quātitatiū aut qualificatiū respectu specierū sacraliū: et p pns nec respectu corpuz ipas spēs circūstātiū. vnde qlitates sensibiles nullū corp⁹ imutare pnt extra dimēssiones sacrales existēs. nō solū ppter opacitatez dimēssionū sacraliū quibus corp⁹ xpi velat et tegitur quē ad moduz impedimur videre id quod est quocūq; velamine corporali obrectū: sed etiā quia quātitas et qualitas sensibilis corpis xpi nullam habēt s; se hitudinē ad spēs sacrales: eo q ibi habeant modū substantie. et multo min⁹ ad mediū quod illas circūdat vt est aer. quā obrez imutari

nō pōt mediū a dimēssionib⁹ p pns aut a qualitatib⁹ corpuz xpi. et p cōsequēs nec imutare pnt aliqūē sensum corpuz extra sacm existētis. nā nō pōt sensus aiālis imutari aliqua specie sensibilis: nisi p⁹ ab illa mediū imutet per quod defera⁹ ad sensum, put pbs docet. 2^o. li. 8. aia. **Et** ergo qlitates sensibiles corpuz xpi sub sacro: nullā hēt pportionē ad sensus corpuz extra sacm existētium psequēs est q nec ab eis sentiri aut papi possunt etiā si spēs sacrales essent puie et trāspāretes. oportet enī pportionē esse sensibilis ad sensuz, put hētur ex dictis pbi. 2^o. 8. aia. **Et** vero suba sentiri nō pōt aliqū sensu corporali etiā p accidēs nisi per hoc q ei⁹ quātitas et qlitas sensibilis sensu papiat sequit ex p dictis q sba corpuz xpi sub sacro nec p se nec p accidēs videri pōt a corporali oculo extra sacm existēte. Sed qm vt sup dictū est quātitas et qlitas sensibilis corpuz xpi in ipso xpi corpe existe sub sacro: habēt modū quātitatiū et qualificatiū in respectu ad ipm corp⁹ xpi et ad eius sensus vū et quātū et quale et organiciū ē hīs potētiaz et organoz sit⁹: sequit q possint imutare et vīsū et alios sensus corpuz xpi et ab eis papi: nō tamē put sunt sub sacro nec q⁹ ad modū extēdi quem hēt sub sacro. i. in cōparatione ad spēs sacrales. **Cū** **S. T.** 3^o. p. q. 76. arti. 7. arguit sic scōo loco. corpa gliosa sacroz erūt pfigurata corpi claritatis xpi vt dicit **Phil.** 3^o. sed oculus xpi videt seipm put ē in hoc sacro. ergo pari rōne qlibet ali⁹ oculus gliosus pōt ipm videre. ecce argumentū. seqtur rōsio. **Ad** 2^m dicendū q ocul⁹ corporalis xpi videt seipm sub sacro et itez: nō tñ pōt videre ipm modū essendi quo est sub sacro qd ptnet ad intellectū. neq; tñ est simile d alio oculo glioso: qz ipe ocul⁹ xpi est sub hoc sacro in q nō pformat ei ali⁹ ocul⁹ gliosus. hāc solutionē ad litterā nos repim⁹ in qdā tertia pre. **S. T.** vetustissima manu et calamo scriptā apud regnū valētie. qd p tātō hic referim⁹ qz in oib⁹ tertia partis codicib⁹ impōssis et in qm multis etiā manu scriptis qz potuim⁹ legere: inuenim⁹ hāc solutionē vitio scriptoz et impōssoz ita sensu corruptā q supiorib⁹ dictis. **S. T.** i ipso eodē articulo et plurib⁹ alijs sue doctrine manifeste repugnat. vū lra vera ē quā hic trāstulim⁹ ad verbū ex dicto codice vetustissimo. **Et** sup dictis tria colligūt. vñū ē q ocul⁹ corporalis xpi existēs sub sacro: videt ipz xpi corpus p se quātū ad magnitudinē et colorē ac claritatē. p accidēs vero quātū ad ipam corpuz subam: non tñ sūm ē sacramentale: sed sūm ē naturale. Secūdū est q nullus ocul⁹ corporalis extra sacm existēs: videre pōt corp⁹ xpi existēs sub sacro nec q⁹ ad subam

nec q̄^m ad accidētia et hoc nec p se nec p accidēs.
Tertiu est q̄ nec ocul⁹ xpi corporalis sub sacro exi-
stens nec aliquis alius oculus extra sacm existēs
videt modum quo xps existit in sacro nec q̄^m ad
subam nec q̄^m ad accidentia. et hoc est dictu q̄ a
nullo oculo corporali corpus xpi videtur per se
vel per accidēs fm q̄ est sub sacramento.

Quinto Notandū est q̄ vt accipi-
tur ex dicti. S. Tho. p^o. p.
.q. 57. ar. 2. et. 3. et. 4. et. 5. Et de veri. q. 8. arti.
12. et. 13^o. cognoscere mysteria gratie et occulta
cordiū et futura contingētia ad vtrūlibet: exce-
dit naturalē cognitionē angeloz que nō se exten-
dit nisi ad ea q̄ angeli cognoscūt vel p essentiam
suā vel p species sibi cōnaturales. hec aut sunt p̄n-
cipia cognoscēdi rerū naturas et ea q̄ illas fm d̄-
terminatas causas naturales cōsequunt. illa aut
q̄ a sola volūtate depēdēt etiā rationalis creatu-
re: cognosci nō possunt naturaliter ab angelis. z
multo min⁹ ea q̄ a sola dei volūtate dependent.
sicut argumentat apostolus p̄ma Corin. 2^o. di-
cens. quis enī scit hōinuz q̄ sunt hominis: nisi spi-
ritus q̄ in ipso est. ita et q̄ dei sunt nemo cognouit
nisi spūs dei. cū aut omnia sacra p̄tineāt ad my-
steria gr̄e et maxime sacm eucharistie quod ē a-
liozum p̄fectiuū et cōpletiuū: cōsequēs est q̄ my-
steria hui⁹ sacri nō sint ab āgelis naturaliter cog-
nita nec abstractiua cognitione nec intuitiua. vñ
nullus angelus videre pōt naturali visione mo-
duz existēdi corpis xpi sub sacro. et pari rōne nec
dimensiones sacrales in hoc sacro subsistere sine
subiecto. et p consequēs nec absentia substantie
panis et vini q̄ ante verba cōsecrationis inerant.
et multo minus videre pōt cōuersionē substātie
panis et vini in corpus xpi. licet naturali visione
cognoscat existētia corpis xpi fm esse quod ha-
bet in rerū natura in p̄pria specie. nō enim cuius-
cūq̄ rei cognite: cognoscit naturaliter mod⁹ exi-
stēdi nisi sit rei cōnaturalis. et nō solum hui⁹ sa-
cramēti mysteria q̄ sunt miraculoz omniū mira-
bilis angelus non pōt naturaliter videre: sed vt
S. Tho. tenet in hac dīf. ar. 4. sub. ar. 4. in cor.
Et. 2^a. 2^o. q. 5. ar. p^o. in cor. omnia q̄ sunt fidei sup̄
naturalē cognitionē sunt nō solū hominū sed an-
geloz. fidei enī succedit visio beata z ei cor respō-
det fm illud p̄ma Corin. 13^o. videmus nūc p spe-
culū in enigmate: tūc aut facie ad faciē. nūc cog-
nosco ex parte: tūc autem cognoscā sicut et cog-
nitus sum. Unde et. 2^a. 2^o. q. p^o. arti. 8. in cor. illa
in q̄t p se p̄tinet ad fidē: quoz visione in vita eter-
na p̄fruemur z p q̄ducimur ad vitā eternā. Et. q.
4. ar. p^o. i. cor. ait. in hoc enī sp̄m⁹ b̄rificari: q̄ vi-
debim⁹ apta visione veritatē cui p fidē adherem⁹



Quantuz ad q̄r-

tū articulū respōdēdū est obie-
ctionibus in cōtrariū. Et quide
ad argumētū Scoti p̄tra p̄mam
cōclusionē dī q̄ maior nō est vlr
vera. hēt enim instātia sicut arguēs ip̄e obijcit de
gravi existēte in nauī qd̄ p accidēs mouet a mo-
uētē nauē: licet graue nō faciat vnuz p se cū nauī
sicut act⁹ cū potētia. Necq̄ valet r̄sio arguentis
ad hāc instātia. nā assumptū nō est vlr q̄ q̄ vtū
cū plerūq̄ sit tāti pōderis graue motū cū nauī: q̄
nauta non possz ip̄m p se mouere extra nauē. nō-
nūq̄ certe vehunt cū nauī imēsa tritici pondera
vel ferri: q̄ ab ip̄o nauta moueri vel subleuari nō
possēt. Et ad aliā formā argumētū dī ad minores
q̄ dupliciter deficit. p̄mo qz supponit q̄ corpus xpi
sola motione volūtatis diuine moueat cū hostia
ad motū hostie. hoc aut falsuz est. nā licet volun-
tas diuina cōcurrat ad talē motionē sicut agens
p̄mū eo modo q̄ in oī actione agētis secūdi cō-
currit: et tamē nō ideo agēs creatū p̄uā actio-
ne sua q̄ sicut agēs secūdū mouet hostiā per se et
cū hostia p accidēs mouet corpus xpi infra diuī-
siones hostie existēs. vnde ad mouēdū illud per
accidēs: nō est corp⁹ xpi mobile ip̄o proportionatū
virtuti agētis creati vt arguēs false putat. Defi-
cit secūdo qz supponit q̄ nō sit necessaria cōnexio
existētie corpis xpi ad spēs sacrales sed mere vo-
luntaria quē ad modū est applicatio angeli ad cor-
pus qd̄ mouet. hoc aut falsum ē. nā supposita or-
dinatione diuina et virtute collata sacramentis
a deo: necessaria colligatio est corpis xpi ad spēs
sacrales. ita q̄ illis manētibus: corp⁹ xpi abesse il-
lis nō pōt sicut cōtētū cōtinētī. et inde ē q̄ ad
motū localē speciez necessario corp⁹ xpi mouea-
tur p accidēs. neqz ad huiusmodi motū extigū
q̄ vnū alteri vnā sicut forma vel act⁹ potētie
q̄z p̄tines z p̄tētū qd̄ modo se hēt sicut act⁹ z
potētia quāuis nō p modū inherētie. patet ergo
q̄ exēplū iductū d̄ angelo mouētē corpa nō ē ad
p̄positū cū iter vtrūq̄ sit sola volūtaria colligatio.
Ad argumēta Duradi p̄tra eādē cōclusionē
ad p̄mū dī q̄ maior ē falsa. qm̄ corp⁹ xpi et species
sacrales vere se hēt sicut p̄tines z p̄tētū vt patet
ex d̄terminatiōe ecclie d̄ sūma trini. et fide catho.
i cap^o. firmis credim⁹. vñ arguēs i multis decept⁹
ē ex sua falsa imagiatiōe ne dicā errore q̄ nega-
uit xps eē p̄tētū sub spēs sacralib⁹ quāuis dicat il-
lis sp̄sens. Ad. 2^o dī q̄ maior p̄positio hēt veri-
tatē qm̄ vnū et idē et fm idē nō solū specificē s̄ nu-
merice mouet per se diuersis moribus. non autē
est vera si vnum et idē moueatur non fm idem

aut per accidens sicut contingit in proposito argu-
 entis. nam corp^o xpi motu diuersis motib^o ad
 elenationem vni^o hostie et depositione alterius
 no mouet fm idē esse sacramē tale numero. nam
 sub alijs et alijs numero sp^o sacralib^o corp^o xpi
 no hēt idē numero esse sacramē tale quē admodū
 ipse species no sunt eedē numero. et iteruz corp^o
 xpi no mouet oppositis motib^o p se sed p accidēs.
 p quē modū non est incōueniēs idem moueri si-
 mul oppositis motib^o. quē admodū z sol simul mo-
 uet ab oriēte in occidētem p accidēs motu firma-
 mēti. et ab occidēte in oriētem per se motu pprio.
 et si due rote ponant cōtrarijs motib^o moueri nō
 eque velociter quarū vna ad motū alteri^o raptiz
 trahat et ambe ad motū tertierote eas cōcludē-
 tis moueant: simul mouebūt cōtrarijs motib^o p
 accidēs. ¶ Ad. 3^m. negat p^ona. nam ad hoc q^o vni^o
 frangat ad fractionē alteri^o: exigitur vtriusq^o v-
 ni^o fm idē esse suppositale ita q^o vtriusq^o sit fractio-
 nis aut diuisionis susceptibile. ad hoc vero q^o vni^o
 moueatur ad motū alteri^o: sufficit inseparabilis
 concomitantia: quāuis nō vniant adinuicē suppo-
 sitaliter. vnde qz corp^o xpi nō vni^o specieb^o sacra-
 libus vnitare suppositi nec corp^o xpi fm q^o ē in sa-
 cramēto est corp^o frāgibile: cōsequēs nō est q^o frā-
 gatur ad fractionē hostie. sed qz inseparabiliter
 concomitat species sacrales: cōsequit q^o moueāt
 p accidēs ad earū motū. ¶ Ad. 4^m. dī q^o conse-
 quētia nō valet. qz corp^o xpi non existit de nouo
 sub sacro p motū locale sed p trāsubstantiationē
 panis in ipm. et ideo nulla ratio cogit q^o p existi-
 tiam sacralem moueāt localiter in ppria specie a
 loco celi. nam ad nouā existentia alicuius substā-
 tie etiam in loco: nō necessario exigit mot^o loca-
 lis vt patet cum primo ignis vel aliud corpus ge-
 neratur alicubi. sed existens in vno loco sacramē-
 ti: sit in alio loco specierum p motum localem ip-
 sarum deserens primū locum. et ideo ratio cogit
 q^o moueatur localiter ad motum hostie per acci-
 dens tamē. nam nulluz corpus pōt acquirere no-
 uum locum relinquens primū: nisi aliquo modo
 moueāt localiter saltem p accidens ad motū al-
 terius. ¶ Ad. 5^m. dicit q^o prima instantia contra
 rationē vel fundamētū nōstre conclusionis non
 valet qm assumit falsum. et ad ei^o pbationē dicit
 q^o similitudo nō tenet. qz corpus xpi incipit aut d-
 finire esse in hoc sacro: nō est directe et per se eē
 vel nō esse in loco. et ideo nimirū si vterq^o termi-
 nus cōsequat abiq^o motu locali. sed motis specie-
 bus sacralibus de loco ad locū: existentia corpo-
 ris xpi sub sacro: p accidens terminatur ad acq-
 sitionē noui loci per desitionem primū. hoc autez

esse non potest sine motu locali saltē per accidēs
 repugnat enim q^o aliquid deserat locum priorē z
 z acquirat nouū abiq^o motu suo locali eo modo
 quo sibi cōpetit esse in loco. q^o autem corp^o xpi
 non est presens loco nisi quia est presens specie-
 bus: nō arguit q^o nullo modo corpus xpi mouea-
 tur ad locum: sed q^o non mouetur ad locum per
 se sed per accidens ratione specierum. ¶ Itēq^o ob-
 stat q^o eadem sit ratio presentie christi ad speci-
 es siue sint motē siue quiescentes. quia non ideo
 sequitur q^o ad motum earum nō moueatur et ad
 quietem earum non quiescat per accidens. quē-
 admodum quia color eodem modo se habet ad
 corpus motū et ad corpus quiescens quod ifor-
 mat. s. per inherētia q^o non variat per corpo-
 ris motum nec per eius quietem: nō ideo sequit
 q^o non moueatur localiter ad motum subiecti cū
 ipse color sit distans a priori loco subiecti et ap-
 propinquans nouo subiecti loco quāuis p acci-
 dens. ¶ Itēq^o valet secunda instantia. nam ex toto
 eius pcessu nō aliud pōt recte cōcludi nisi q^o cor-
 pus xpi ppter motū localez hostie. nō desinit esse
 per se vbi pri^o erat. s. in celo: nec incipit esse per se
 vbi pri^o nō erat. sed ex illo nō recte cōsequitur quē
 desinat esse p accidēs vbi pri^o erat et incipiat eē
 per accidēs vbi pri^o nō erat. vnde falsum est q^o
 ad locum hostie nullā potentia habeat corp^o xpi
 per accidens ratione qua est in hoc sacro ¶ Itēq^o
 valet q^o paliam rōnem cōparat species ad locū z
 et corp^o xpi ad sacm: qz hoc cōcesso loquēdo de
 cōparatione per se: stat in veritate q^o corp^o xpi
 rōnes speciez cōparet ad ipsaz locū p accidens.
 dicit^o enim q^o corp^o xpi cōparat ad species sacri
 per se: et ad earū locū p accidens. neq^o cōparatio
 ad species obstat cōparationi ad locū imo innat
 nam ex eo q^o corpus xpi cōparatur ad species si-
 cut cōtentū ad continēs: sequit q^o moueatur lo-
 caliter ad motū ipsaz. quē admodū qz aqua cō-
 parat ad vas sicut cōtentū ad cōtinēs: mouet
 localiter per accidēs ad motum vasis. et quāuis
 translatis speciebus corpus xpi presens speciebus
 semp sit vbi erat p se z in ppria specie. s. in celo: nō
 tamē semp est vbi erat p accidēs rōne specieruz
 sacralium. vnde corp^o christi semp est in ppria
 specie vbi erat localiter. s. in celo. z semp est sacra-
 liter in speciebus ipsis manētib^o. sed nō semp est
 vbi erat localiter p accidēs trāslatis speciebus d
 loco ad locum. Exemplū autē de angelo licet nō
 sit omnino simile: illud tñ admittim^o. negam^o tñ
 q^o presentia angeli ad corpus locatū non sit loca-
 lis p accidēs. ¶ Et enī dicit. S. T. p. p. q. 1. ar. 3^o.
 ad. 3^m. licet deus nō moueāt motū his in qbus

potentiam

est qz vbiq; est: angelitamē mouent p accidens ad motū corpoz assumptoz. Et. q. 52. ar. p^o. in corpe determinat qz angelus dicit esse i loco corpozeo per applicationē sue virtutis ad locum. Et articulo sequēte in fine cōcludit qz totum illud cui imediate applicatur virtus angeli: reputat vnus locuseius licet sit continuū. Et confirmatur per collectā quā in cōpletorio cātatecclesiadicēs. vsi sita quesumus dñe habitationē istaz: et angeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiāt. vsi exemplum ab arguente inductū magis est ad ppositum n̄m q̄ ad oppositū. Ad argumenta Scoti contra secundā conclusionē ad primū dicitur qz similitudo cui innititur non tenet. quia angelus non mouet corpus vt quantum nec ad ipsius motionē requirit quantitas aut qualitas in quātitate. sed corpus sensibile mouet sensuz corpozalem vt quātum. et mouet visum vt quantū coloratum. ita vt necessario requiratur magnitudo colorata in corpore ad hoc qz moueat sensum et a sensu corpozali percipatur. vnde argumentum procedit nō a simili sed a dissimili. Ad 2^m. dicit qz corpus xpi sub speciebus est p̄sens nō solū minimo sensibili sed et maiori et maximo qz est totū in toto et totū in qualibet parte. sed hoc nihil ad ppositū arguētis. nā non ideo sequit qz videat per se ab oculo corpozali etiā p̄fectissimo sicut nec sequit qz anima per se videat oculo corpozali quātūcūq; p̄fectissimo: quāuis sit tota i toto corpe et in qualibet eius parte. vnde quia magnitudo et qualitas corpozis xpi non est sub hoc sacro modo quātitatiuo aut qualificatiuo se sibili sed p modū substantie cui nō cōpetit esse p se visibile siue sit sub magna siue sub parua quātitate ideo quātūcūq; corp^o xpi in sacro sit p̄sens speciebus sacralibus paruis vel magnis: nullo modo est p se visibile. qz qd simplicit̄ non hēt modū visibile: nec p̄t magnā nec p̄t paruā quātitatē sub qua sit p̄t esse p se visibile. Ad 3^m. dicit qz assumptū est falsum cū sua p̄batione. vt enī p̄s dicit i p^o et. 2^o de generatione: corpa naturalia tāgēdo se alterant et sic adinuicē vniunt. Et in. 2^o. de anima p̄s docet qz inter visum et visibile et generaliter intersensum et sensibile requiritur mediū quod tangat corp^o sensibile et organū sensus per quod species sensibilis deferat ad sensuz. ex quo patet qz omnis visio p̄supponat cōtactū corpozalē. vnde et cōtra democritū p̄s ibi inducit qz si mediū spaciū inter visibile et visum esset vacuum: visio esse nō posset eo qz nec p se nec p mediū corp^o visibile posset tāgere organū visus. vsi falsum est. put arguēs dicit qz imutatio sensus cui

sit actio absoluta p̄t precedere quemcūq; respectum extrinsecus adueniētem. nam omnis imutatio sensus p̄supponit cōtactū inter sensibile et sensum. Ad. 4^m. dicit qz ratio quare color corpozis christi existentis in sacramento non habet ordinē ad locū specierū: nō est p̄cise illa quam tangit arguens. sed magis quia color corpozis xpi nō est sub sacramento modo calificatiuo sicut nec quātitatiuo et per p̄sequēs nec est ibi modo alteratiuo aut visiuo. hoc ē dictū qz nō est ibi modo quo imutare possit nec mediū circūdās species nec per consequēs oculuz videntis extra species sacramētales. vnde exp̄missa quaz ponit arguens non solū infertur qz color corpozis xpi sub sacramento nō extendit extēsiōni quātitatiuā continētis: sed etiam qz ipsum mediū cōtinens alterare aut imutare nō possit. Ad. 5^m. patet respōsio ex solutione ad primū. Ad. 6^m. dicit qz quāuis diuino miraculo possit fieri similitudo corpozis xpi fm esse quod habet in p̄pria specie in oculo siue glōificato siue nō glōificato absq; eius p̄sentialitate sicut naturaliter fieret si corpus xpi p̄sens esset. put. S. Tho. tenet in hac distin. ar. 4. sub. ar. 2. in corpore. fm tamē qz habet eē sub sacro nec diuino miraculo id fieri potest. nam. put est in sacramento qualitas et color corpozis christi non est ibi modo quāificatiuo nec alteratiuo aut imutatiuo sensus vt sepe dictum est: sed habet modū substantie cuius nulla similitudo formari potest que sit visibilis oculo corpozali etiam diuina virtute. implicat enim cōtradictionē qz suba vel habēs modū sube absq; modo quātitatiuo et visibili: sit per se visibilis oculo corpozali. Ad. 7^m. dicit qz procedit ex falso intellectu quē arguens habuit in verbis Sācti Thome putans qz. S. Doc. intelligeret qz aliquis oculus corpozalis posset videre p miraculuz corpus xpi fm esse quod habet sub sacro. hoc aut falsū est vt ex precedēte solutione patet. nam si arguens allegat dictū. S. Thome ex loco. prime allegato in responsione precedēte: manifestus est qz loquitur de corpozis xpi similitudine representāte ipm fm esse quod habet i p̄pria specie. patet hoc qz loquit i casu q̄ in sacro apparet species carnis vel pueri. talis aut species nō representat corpus xpi fm eē qd habet in sacro: sed fm eē qd hēt in p̄pria specie. Un. S. Tho. loco. prime allegato arguit sic secūdo loco. Illa ostēsiō. s. carnis vel pueri ē ad edificationē fidei. s̄ nō cōfirmare ē fides si xps in specie alteri^o carnis appareret. ergo in specie p̄pria ibi apparet. ecce argumentum. sequit r̄sio. Ad. 2^m. dicēdū qz edificat fides et excitat duotio quia illa

quia illa accidentia sunt similia omnino acciden-
 tibus carnis xpi vere. quod non erat de acciden-
 tibus panis: quia non sunt ipsa et accidentia cor-
 poris xpi. hec ille. ¶ Ad argumentum Scoti contra
 tertiam conclusionem dicitur quod minor est falsa pro se-
 cunda parte. et ad eius probationem negatur assumptum.
 nam non equaliter omnes res continentur in sacris pti-
 netur ad visionem beatificam. pro eo quod quidam res sacro-
 rum sunt que non dependunt a libero arbitrio hominis sed
 a solo deo et sunt de substantia sacri vel consequuntur de
 per se ad sacra sicut forma et materia sacrorum et
 character ac ornat. et ista magis directe pertinet
 ad visionem beatificam. quedam vero sunt que a libe-
 ro arbitrio suscipiuntur quodam modo dependunt
 et ab eo impediuntur sicut gratia et devotio et pi-
 nitas ad bonum que non sunt de substantia sacramen-
 ti nec de per se sacra consequuntur. et ista non ita di-
 recte pertinet ad visionem beatificam. nec est simile de
 veritatibus articulozum que omnes equaliter se habent
 ad fidei veritatem et integritatem. ¶ Ad argumentum
 eiusdem Scoti contra quartam conclusionem: ad primum
 dicitur quod ex processu argumenti non aliud concluditur
 quam quod modus existendi corporis xpi sub sacramento
 non impedit cognitionem substantie corporis xpi
 ita quod illo modo ignorato: ignoratur etiam substantia
 corporis xpi ab intellectu abstracto. hoc autem concessio
 a nobis: non video quid ad propositum faciat argu-
 mentis contra nostram conclusionem que non negat sub-
 stantiam corporis xpi posse naturaliter videri oculo intel-
 lectuali non beato. sed negat substantiam corporis xpi ab
 illo videri secundum modum quo est sub sacro. unde to-
 tum eius argumentum sicut iacet concedimus. ¶ Ad. 2.^m
 respondetur consimiliter quod nihil concluditur contra nos.
 nam ex ipsius processu non aliud recte infertur: nisi
 si corpus xpi potest videri naturaliter ab intelle-
 ctu non beato quando est sibi presens in propria exis-
 tentia actuali: sicut quando est sibi presens modo cog-
 nitionis abstractivae. ex hoc autem non sequitur quod talis
 intellectus videat nec abstractivae nec intuitivae il-
 lud secundum modum essendi quem habet sub sacro de
 quo est nostra conclusio. ¶ Ad. 3.^m. dicitur quod argumē-
 tum procedit de naturali et supernaturali quod ad en-
 titatem: et loquendo de distinctione per se et forma-
 li. verum est enim quod per se et formaliter loquendo
 non ideo est aliud et aliud ens secundum naturam specificam
 nec aliam et aliam rationem intelligibilis habet
 quia est naturale vel supernaturale secundum suum fie-
 ri vel esse in rerum natura secundum se. sic autem argumē-
 tum non militat contra nos qui non sic capimus in
 proposito nostro naturale et supernaturale. sed si na-
 turale et supernaturale capiatur formaliter secundum ra-
 tionem intelligibilis respectu alicuius virtutis intel-

lectivae: necessario concludunt aliud et aliud in ra-
 tione intelligibilis. nam sic naturale dicitur quod a
 tali intellectu per virtutem suam naturalem cog-
 nosci potest. supernaturale vero dicitur quod per vir-
 tutem naturalem talis intellectus cognosci non potest
 sed per virtutem supernaturalem sibi concessam. isto
 enim modo necesse est quod naturale et supernatu-
 rale sint aliud et aliud in ratione intelligibilis a tali
 intellectu. et in ista acceptione. S. Thome. distinguit
 in proposito nostro naturale et supernaturale. que-
 admodum enim naturale et supernaturale secundum rationem
 factibilis in respectu ad causam productivam neces-
 sario arguit aliud et aliud in ratione factibilis re-
 spectu cause productivae: ita et naturale et supernatu-
 rale secundum rationem factibilis in ordine ad aliquem
 intellectum: arguit aliud et aliud in ratione intel-
 ligibilis respectu talis intellectus. in proposito ve-
 ro nostro. S. Thome. capit naturale et supernatu-
 rale secundum quod distinguitur in ratione intelligibilis ab in-
 tellectu creato. ¶ Ad argumentum ante oppositum
 patet solutio super ex rursione ad secundum Durandi
 primam conclusionem. Et in hoc articulo terminatur.

Distictio vndecima.



irca vñ
 decimam disti-
 ctionem quarti
 sententiarum qui
 tur vtrū post co-
 secrationem eu-
 charistie reman-
 neat ibi substan-
 tia panis et ar-
 guitur quod sic. qz
 dicit Damascen^o

libro quarto. quia consuetudo est hominibus co-
 medere panem et bibere vinum: coniugavit eis
 suam divinitatem et fecit ea corpus et sanguinem
 suum. et ita panis communicationis non simplex
 panis est sed unitus divinitati. sed coniugatio est
 rerum existentium actu. ergo panis et vinum si-
 mul sunt in sacramento eucharistie cum corpore
 et sanguine christi. ¶ In oppositum arguitur quod
 dicit Ambrosius libro de sacramentis. licet figu-
 ra panis et vini videatur: nihil tamen aliud quam ca-
 ro christi et sanguis post consecrationem credenda
 sunt. ¶ In hac questione erunt quatuor articuli videlicet super



Quantum ad p^m
 mum articulum sit p^ma conclusio q^d
 suba panis et vini non remanet
 in hoc sacro post consecratione.
 Hac conclusio tenet. S. Tho. i
 hac dis. q. p^o. ar. p^o. sub. ar. p^o. et. 2. Et. 3^a. p. q. 75
 ar. 2. Secunda conclusio est q^d suba panis aut vi-
 ni licet non maneat in eucharistia: non t^m pprie an-
 nibilatur. Hac conclusio tenet. S. Tho. in hac dis.
 loco p^{ri}me allegato. ar. 2. Et tertia pte loco p^{ri}-
 xime allegato articulo. 3^o. Tertia conclusio est q^d
 in hoc sacro suba panis et vini couertit^r in corp^o
 et sanguine xpi. Hac conclusio tenet. S. Tho. loco
 p^{ri}me allegato in hac dis. ar. 3^o. Et. 3^a. p. ar. 4^o.



Quantum ad se
 cundu articulu arguedu est cōtra
 conclusiones. Et quidē cōtra p^ma
 arguit a quodā Joāne parissēsi
 volēte pbare improbabilitatez
 nre positionis et pbabilitatē oppositē. s. q^d pbabi-
 lius ē ponere subam panis remanere in sacro: q̄
 ponere oppositū aut saltē possibilitatez sue noue
 positionis. Primo auctoritate Damasceni q^rto
 libro caplo quinto vbi dicit q^d panis assumit^r et v-
 nitur diuinitati in hac esca spūali sicut carbo ē lig-
 nū vnitū igni et humanitas deo in incarnatione.
 Itē idē Damascen^o libro q^rto caplo quinto dicit
 sic. nūc interrogas qualiter panis fit corpus xpi et
 vinū et aqua sanguis xpi. tibi dico et ego q^d spūs
 sanct^o supuenit et hec facit q^d sup rationē et itelle-
 ctū. panis autē et vinū assumunt^r. et hoc dicit Da-
 mascen^o psequēter ei q^d dixerat d^e assūptione hu-
 mane nature a supposito filij dei. de quo dictū est
 virgini p angeluz spūs sc^rus supueniet in te et c.
 Itē infra eodē caplo dicit sic. quē ad modū in ba-
 ptismate q^d cōsuetudo ē hominib^o aqua lauari et
 oleo vngi: coniugauit oleo et aque grām spūs et fe-
 cit illud lauacrū regenerationis ita q^d p^rsuetudo
 est hominib^o panē comedere et bibere vinum et
 aquā: coniugauit eis diuinitatē et fecit ea corpus et
 sanguinē ei^o. Similiter infra loquēs de hoc sacro
 dicit. carbo autē lignū simplex nō est sed vnitū ig-
 ni: ita et panis cōmunionis non panis simplex ē s^{ed}
 vnit^o diuinitati. Dionisi^o etiā de ecclesia. hierar.
 caplo tertio parte q^uintitulatur theoria vocat istud
 sacm assumptionis vel sumptionis. et infra expo-
 nit dicēs q^d xps hic assumit nra vt cōmunicet nob^{is}
 sua. C^o 2^o. q^d ap^o dicit p^o. Cor. 10. panis quem
 cōmunicam^o et c. C^o 3^o. q^d ab antiquo inuēta ē hec
 opinio nō solū de possibilitate sed de entitate. et

rō est q^d plures difficultates tollunt p^r hanc posi-
 tionē. solū enī difficultas de vnione est hic. cū cr-
 go pauciora sint ponēda in articulis fidei et q^u sal-
 uant aparētia. apparent autē in hoc sacro esse pa-
 nis et vinū q^d p^ruersio nō saluat sed assumptio. et
 assumptio est specialis articulus. ergo et c. C^o 4^o.
 q^d cōfessio berēgarij est q^d corp^o xpi subaliter frā-
 gitur. nec obstat q^d nō esset ibi vnitas vel veritas
 q^d sicut dicit subam panis manere id est suba q^u est
 panis vt creatura saltem: sicut dicim^o corp^o xpi. i.
 corp^o q^u est xps. et hoc ē corp^o meū quod p^robis
 tradet. C^o 5^o. q^d ista positio q^u ponit subam panis
 manere quo ad essentiā nō quo ad esse et p^r assū-
 ptionē: in multis differt ab illa q^u ponit subaz pa-
 nis manere sine assumptioe et repurat^r heretica.
 Primo q^d illa ponit post p^rsecrationē duo supposi-
 ta. hec autē vnū solū in trib^o naturis. Secundo q^d
 illa ponit manere panis subsistētiā: hec autē subaz
 p^r modū accidētis nō subsistētiē. Tertio quia illa
 ponit manere panē quo ad eē. ppriū: hec autē quo
 ad essentiā t^m. Quarto q^d illa ponit eundē panē
 et idē vinū: hec vero aliū panē et aliud vinum: li-
 cet eandē paneitatē et vineitatez. Quinto q^d ex
 illa sequitur veraciter nō esse corp^o xpi in altari d^e
 nouo cum nec ipm mutet^r nec aliud in ip^o: hec au-
 tem sic q^d ponit vinū mutari quo ad esse. Sexto
 q^d ex illa non ē cōmunicatio idiomaticuz cum sint
 sicut duo supposita: ex ista autē sic. Septimo q^d
 ex illa nō adoratur quicquid est in altari adoratione
 latrię: ex ista autē sic. pp^r vnitatē suppositi. Octa-
 uo q^d illa dicit sic eē: hec autē non sic sed posse eē.
 C^o 6^o. q^d quecūq^{ue} sunt idē supposito limitata: vbi
 cūq^{ue} est vnum ibi ē reliquū. sicut vbi cūq^{ue} est muss-
 ca sortis ibi est ei^o albedo. dico autē limitata: q^d si
 vnū esset limitatū et aliud illimitatū: quāuis vbi-
 cūq^{ue} esset limitatū ibi esset illimitatū: nō t^m vbi-
 cūq^{ue} esset illimitatū ibi esset et limitatū. nec iden-
 titas suppositi sufficeret ad hoc. vbi grā. licet enī
 vbi cūq^{ue} est corp^o xpi ibi sit xps: nō t^m vbi cūq^{ue} est
 xps fm diuinitatē ibi est sua humanitas. sed pa-
 ne assumpto corp^o xpi humanū et corp^o panis esset
 vnū supposito et vtrūq^{ue} esset limitatū. ergo cū in
 altari esset panis assumpt^o: ibi esset p^r cōsequens
 corp^o xpi. C^o 7^o. q^d mediū est. ppriū q^u extremū.
 sed si xps assumeret panē vel paneitatē: hoc face-
 ret mediāte sua corporeitate: q^d i dignū assump-
 tionis. igit cū suppositū xpi assumēs esset in alta-
 ri cū pane assumpto: multo magis ibi esset corp^o
 xpi q^u esset mediū assumptionis. C^o 8^o. q^d ibi est
 xps sacratiter: vbi ē virtute sacri directe. sed dire-
 ctius sit xps in altari p^r assumptionē q^u p^r couersio

nē: qz forma hui⁹ sacri q̄ effiat signādo: directius effiat illud qd̄ magis p̄pe signat. et hoc est vnio per assumptionē q̄ cōmunicant̄ idiomata. ita vt hic sit illud qd̄ sonāt verba forme: hoc ē corp⁹ meum. nō aut̄ vnio p̄uersionis: qz p̄ illā panis nō est x̄ps nec ecōuerso sed panis sit x̄ps vel p̄uertit̄ in x̄pm. igit̄ et c̄. Ponit ergo ista opinio tria. p̄mo dicit qz corp⁹ x̄pi est vel p̄t̄ eē in eucharistia p̄ assumptionē nature panis mediāte corp̄e qd̄ ē pars et nō toto supposito vel humanitate vt sit cōmunicatio idiomatū corp̄is et panis sicut nūc est dei et hoīs: qz inmediate assumpt̄it humanitatē. non aut̄ assumētis ad assumptū qz reputat̄ erroneuz dicere verbū ipaneatū sicut verbū icarnatū. sicut d̄r alb⁹ cui albedo inest mediante tota superficie. s̄ et h̄ops d̄r alb⁹ d̄te: qz d̄s ei⁹ est alb⁹ qz ē pars mediāte qd̄ inest albedo. s̄ nō ip̄e d̄r alb⁹ qz nō fm̄ totū sui p̄iūgit̄ albedini. Secūdo ponit hec opinio qz ex hoc sequit̄ corp⁹ x̄pi d̄ x̄gine natū crucifixū eē hic realr: qz quecūqz p̄dicat̄ de p̄dicato z de sub̄o, cū ergo panis sit hic qz corp⁹ x̄pi est panis: p̄ p̄is corp⁹ illud ē hic. sicut qz hō erat in p̄sepio vel in cruce v̄l in vtero: ibi erat de⁹ q̄ erat hō. et sicut qz de⁹ est ille hō q̄ est passus et mortu⁹ z c̄ deus ē. ita sic p̄ p̄is qz panis māducat̄ frangit̄ et comedit̄ vel diuidit̄: sequēter corpus x̄pi qd̄ est panis frāgit̄ et c̄. Tertio ponit qz nihilomin⁹ saluauit̄ auctoritates sc̄toꝝ de p̄uersione cū assumptione. cū enī esse differat ab essētia: vnū p̄t̄ assumi alio nō assūpto. vñ nō sic est verbū icarnatū sicut ipaneatū: qz in illa assumptione p̄uenta fuit essētia assūpta anteq̄ h̄eret esse. vñ nūq̄ habuit eē aliud ab eē diuino sibi cōmunicato. p̄p̄t̄ qd̄ fuit assūptio sine cōuersione aliq̄ assūpti in assumēs z ecōuerso. vñ ecclia dicit. nō p̄uersione diuinitatis in carne nec supple ecōuerso: s̄ assumptione humanitatis in deo. sed panis p̄et̄is habet eē z essentiaz et assūptio ad vnitatē suppositi p̄sumit̄ ip̄m subsistere: nō p̄ ānihilatōnē sed p̄ assūptōnē essētie subalis p̄ficiat̄ hoc mysteriū. et sic om̄es auctoritates d̄r trāsuatione loquētēs et p̄uersione p̄t̄t̄ referr̄ ad eē et nō ad essētia. et auctoritates dicentes qz post p̄secrationē nō manet panis s̄ fuit: verū est fm̄ eē sed solū fm̄ essētia. sic ergo dicit ista opinio qz ita veraciter p̄t̄ esse sacraliter in altari corp⁹ x̄pi sine p̄uersione p̄ assumptionē paneit̄ sicut modo ponit̄ cōmunit̄ p̄ p̄uersionē. ¶ Cōtra secūdā p̄clusionē arguit̄ Scot⁹ p̄bādo qz suba panis ānihilat̄ in trāsuatione sic. illud qd̄ p̄cessit̄ et nihil ei⁹ remanet: ānihilatū ē. s̄ suba panis p̄fuit et nihil ei⁹ manet qz nec materia nec forma. totū enī totalr trāsīt. s̄ materia i materia z et forma in

formā. ergo et c̄. ¶ 2^o. sic. qd̄ p̄fuit et modo nihil est nec in se nec in alio: ānihilat̄. panis autem post p̄uersionē nihil est i se. nihil etiā est in corp̄e x̄pi: qz tūc corpus x̄pi augeret̄ p̄ p̄uersionē panis in ip̄m. illud enī sit mat⁹ in quod p̄uertit̄ aliō quātuz manēs. ¶ Si dicat̄ qz nō est ānihilatio qz terminus ad quē hui⁹ trāsīt⁹ est aliqd̄. s̄ corpus x̄pi: d̄ hoc arguit̄. qz etsi desitionē hui⁹ panis comitetur positio corp̄is x̄pi: hic tñ illa desitio panis fm̄ p̄p̄ am rōnem nō distinguit̄ ab ānihilatōne. qz terminus ad quē eius ē nihilitas panis. Cōfirmat̄ p̄ simile. qz corruptio nō est ānihilatio modo nō. p̄pter hoc solū qz generatio cōcomitat̄ eam. qz si p̄pter hoc et. p̄p̄t̄ terminū generationis p̄cise nō esset ānihilatio: ipsa corruptio esset mutatio positua. p̄pter terminū mutationis positiuū qd̄ ē falsum. nūc ergo corruptio fm̄ p̄p̄ am rōnem sui vt distinguit̄ essentialr a generatione cōcomitante nō est ānihilatio qz aliqd̄ corrupti manet. s̄ materia. et ex hoc sequit̄ qz negatio ad quā est: ē negatio in apto nato: ergo p̄uatio. ergo p̄ oppositū cui⁹ in p̄posito nihil termini a quo maneat nec negatio esse panis sit p̄uatio qz nō in apto nato s̄ p̄uaz nō esse: sequit̄ qz ista destructio panis fm̄ p̄p̄ az rationē sui sit ānihilatio. Cōfirmat̄ vlt̄erius. qz p̄ se ratio alicuius nō variat̄ ex aliquo cōcurrente per accidēs cum eo. sed p̄ accidēs est qz cū distinctione panis cōcurrit positio corp̄is x̄pi hic p̄mo. posset enī primū separari a secūdo. ergo p̄p̄t̄ istā positionē corp̄is x̄pi hic: nō variat̄ ratio hui⁹ destructionis. sed si sola esset sine illa positione esset ānihilatio panis. ergo z modo. ¶ Itē si panis ānihilaret̄ z corpus x̄pi poneret̄ hic p̄sens: omni eodē modo haberet̄ se tā panis q̄ corp⁹ x̄pi quātuz ad om̄ez cōditionē tā esse q̄ nō esse sicut modo se habet. sed qd̄ omni eodem modo se h̄et sicut si esset ānihilatū: illud ē ānihilatū. ergo et c̄. p̄ma p̄ positio manifesta ē. qz si esset. ānihilatio: non forma nec materia eius maneret. z eodē modo nec nūc. sed etiā tūc corp⁹ x̄pi esset p̄sens sub accidētib⁹: ita et nūc. ¶ Itē qz termin⁹ noue actionis ē nouus. ergo negatio esse panis vt terminus desitionis panis: noua ē. sed vt in corp̄e x̄pi nō est noua. nā illo modo quo dispatur̄ includit negationē dispati: ante desitionē panis corp⁹ x̄pi fuit non panis. et similr corp⁹ x̄pi fuit p̄ius. igit̄ terminus illi⁹ desitionis nō est corp⁹ x̄pi nec negatio panis in corp̄e x̄pi. Si dicas qz nō esse panis vt in corp̄e x̄pi nō est noua negatio sicut nec dispatio corp̄is x̄pi ad panē est noua: sed tñ nō esse panis est nouum: cōtra. ex hoc sequit̄ qz nō esse panis est terminus: qz negatio ista vt in corp̄e: est p̄rōnez dif

perationis. si ergo non esse terminat ut nouū: terminat ut non in corpore per rationem disperationis. ¶ **¶** Fortē dicitur ppter ista argumēta aliter ad primas rationes q̄ post cōuersionē suba panis non est totaliter nihil sed est quodā modo aliqd. nō illud quod p̄fuit: sed illud in quod cōuersa est. sed cōtra hoc arguit p̄mo. qz termin⁹ mutatiōis in q̄m est termin⁹: includit nō esse alteri⁹ termini. hoc p̄bat. qz in q̄m est termin⁹: habet aliquā icō-possibilitatē ad aliū terminū. ergo ut est termin⁹ nō includit aliquatē alteri⁹ termini nec alteruz terminuz esse aliquo modo aliqd. qz cōtradictio est q̄ ut includit nō esse eius: includat aliquatē ei⁹. ¶ **¶** 2. ad idēz. qz corp⁹ xp̄i nullo modo aliter se habet post cōuersionē q̄ ante. ergo nec aliqd alio modo hēt esse in ipso. sed panis nō cōuersus nullo modo hēt aliquatē suā in corpore xp̄i nec aliquatē corpis xp̄i. ergo nec panis post p̄uersiōnē. p̄bat cōsequētia p̄ma. esse f̄m quid in aliquo est ppter ei⁹ esse simpliciter. qz enī aliqd in se ē tale: ideo sic vel sic habet aliquid in se. ergo non est differētia in modo essendi alicui⁹ in aliquo nisi ppter differētia entis in se. ¶ **¶** 3. ad idē. cuius ē aliquitas: illud ē ea aliqd formalit. si ergo aliqtas corpis xp̄i sit eius nūc: quod fuit suba panis ē aliqd formalit illa aliqtate. quero qd aliqd. non panis: qz nō est panis. Et p̄terea cōtradictio videt q̄ aliqtate corpis sit aliqd formalit qd non est panis. nec ista aliqtate est aliqd quod fuit panis puta corp⁹ xp̄i. qz qd fuit suba panis simpliciter desijt esse. corp⁹ xp̄i autē manet in eodē esse. nec pōt dici q̄ ista aliqtate est aliqd aliū nisi panis vel corpus xp̄i. hec Scot⁹ in forma. ¶ **¶** Cōtra eandē cōclusionē simul et p̄cedētē arguit Durādus p̄bādo q̄ vel aliqd de suba panis puta materia remanet in hoc sacro: vel suba panis veraciter et p̄prie ānihilat. ¶ **¶** Primo sic. illud qd nō est magis in alio nūc q̄ pri⁹: nō est magis p̄uersuz in aliud nūc q̄ pri⁹. sed si panis nō manet post cōuersionem plus q̄ ante: nō est magis cōuersus in corpus xp̄i nūc q̄ pri⁹. Si dicat q̄ vnū manet in alio qz cōmunicat in materia et vnū est educibile d̄ altero virtute diuina: nō valet. qz simili modo maneret panis in corpore xp̄i si esset corruptus corruptione naturalī. qz eodē modo cōmunicaret cū ipso in materia et posset educi de ipso virtute diuina. igitur et c̄. ¶ **¶** 2. sic. ois terminus actionis attingit per actionē. sed in cōuersione panis in corp⁹ xp̄i f̄m te corpus xp̄i est termin⁹. ergo p̄ talē actionē attingitur. sed si nihil sit in ipso q̄liter attingat nō ē intelligibile cū illud esset actio p̄ quā nihil ageret. ¶ **¶** Nec valet si dicat q̄ p̄ cōuersionē sube aliqd aga-

tur in corp⁹ xp̄i. put est hic. s. put est in sacro altaris: qz istud nō fit p̄ cōuersionē. qz si fieret cōuersio totius in totū f̄m subam et oīa accidentia: corpus xp̄i nō esset plus hic nūc q̄ pri⁹. ergo et c̄. ¶ **¶** 3. qz si in corruptione materia desineret esse quēadmodū et forma: tūc nō esset corruptio sed ānihilatio. sed f̄m hāc positionē materia panis d̄ finit esse sicut et forma. ergo ibi est vera ānihilatio et nō cōuersio. ¶ **¶** 4. sic. qualr pōt itelligi cōuersio forme in formā p̄eexistem: nō est itelligibile. qz nihil aliud videt hic eē nisi q̄ vna desinit esse alia incipiēte esse. ex quo p̄destinationē vni⁹ nihil aduenit alteri. et q̄ materia q̄ fuit sub vna forma sit d̄ nouo sub alia quēadmodū dicit p̄hs p̄mo p̄prie. qz materia p̄mo fuit sub vno p̄trarioz postea sub alio. ¶ **¶** 5. qz si materia nō ānihilat sed p̄uertitur hoc est altero duozū modoz. aut qz manet non in se sed in suo simili. s. materia alteri⁹. aut quia ex ipsa et materia alteri⁹ efficit vnū. p̄mū nō pōt dici qz tūc p̄uersio nō differret ab ānihilatione. ānihilata enī materia vni⁹: nihilomin⁹ ipsa remanet in simili materia alteri⁹. nec pōt dici magis cōuerti in materiā alicui⁹ determinati q̄ in materiā alterius cuiuscūqz cū materia oīum sit eius d̄ez rōnis. Si vero dicat secundū: habet p̄positū. qz sicut materia nō distiguit a materia nisi p̄formam sub q̄ est: sic nō pōt effici vnū cū materia alterius nisi qz vtrūqz efficit sub eadez forma. ergo materia panis nō pōt cōuerti in materiā corpis xp̄i nisi efficiat sub eadez forma. et sic aliqd qd fuit sub forma panis: efficiat sub forma corpis xp̄i et nō d̄ finit totalit. ¶ **¶** 6. si de duabus hostijs suba panis vni⁹ ānihilaret manētib⁹ speciebus: et suba panis alteri⁹ cōuertet̄ eo modo quo dicit tua positio non plus maneret de suba panis vni⁹ q̄ alterius. ergo si p̄ma nō d̄ p̄uersa sed ānihilata: pari rōne nec secūda. ¶ **¶** 7. qz si remanēte corpore xp̄i in nullo mutato rediret eadē suba panis q̄ pri⁹ fuit: ipsa vere crearet̄ qz de nihilo fieret. nō enī fieret d̄ suba corpis xp̄i nec d̄ alia ut supponim⁹. ergo si p̄ existēte corpore xp̄i et nihil subst̄tie panis in eore manēte panis desinat esse: vere ānihilatur. p̄na p̄bat. qz eodē modo se hēt aliqd ut sit termin⁹ ad quē ānihilationis: et ut sit termin⁹ a quo creatio nis. et ideo sicut existētia corpis xp̄i non impedit quā esset creatio suba panis redeūte: sic existētia ei⁹ nō impedit quā sit vera ānihilatio nihil d̄ suba panis remanēte in ipso. ¶ **¶** 8. illud qd pri⁹ fuit aliqd et postea ē nihil: ē vere ānihilatū. sed f̄m te suba panis ante p̄secrationē fuit aliqd: post p̄secrationē autē est nihil. ergo suba panis ē vere ānihilata. maior patet d̄ se ex rōne terminoz. minor p̄bat.

opa mortificata reuiuiscāt in resurgēte. et dato q sic: vtrū charitas ex q̄ pcesserunt reparatur in charitate illa q̄ resurgēs iustificat: an dispositio ne diuina reseruet cōferēda in augmēto charitatis qd̄ fiet in glorificatione. si p̄mo mō: tūc quilibet in maiori resurgeret. si secūdo mō: tūc nō resurgeret in minori si post p̄mā gr̄a p̄ bona opa aliquod augmētū gratie meruisset. ¶ 3^o. loco vult pbare q̄ cuilibet resurgēti a peccato datur maior gr̄a q̄ in ceteri dicēs. si inqt̄ fiat cōparatio ad q̄litatē recipiētis iustificationē a peccato originali t̄m vt in paruulis: non req̄rit ibi gr̄a p̄ueniēs ad inclinādū liberū arbitriū neq̄ p̄paratio positua vt in adultis: s̄z solū req̄rit q̄ nō ponatur obex. s. motus aliq̄s in peccatum mortale. et sic ista dispositio negatiua ē. p̄pter qd̄ eālis gr̄a confer̄ oib⁹ innoctib⁹. s̄z alia est rō negationis i nō ponēdo obicē: et alia illi⁹ in nō rebellādo. qz ista est negatio p̄cessus in malū: illa aut̄ pugne cōtra bonū. et p̄tinet ista ad cōcupiscibile et cōuersionē ad bonū vt nūc. illa ad irascibile et p̄uersionē abono simplicif. qz ergo pei⁹ est impugnare bonū simplicif q̄s cōcupiscere bona vt nūc: quia formalis rō peccati magis cōsistit in auersione a bono simplicif q̄s in cōuersione ad bonū vt nūc. nō enī mala eēt illa cōuersione: nisi qz mala ē auersio. t̄to ecōtra melior est ipugnationis negatio q̄s cōcupiscētie. et melior dispositio: ad maiorem gr̄am disponit. ideo maior gr̄a dat̄ quibuscūq̄ resurgētib⁹ a peccato actuali q̄s q̄ datur innoctib⁹ purgatis a solo originali. hec ille.



Quātum ad ter-

tiuz articulū p̄mo notādum est put accipit̄ ex dictis. S. Tho. p̄ 2^o. q. 114. ar. 2. et 3. q̄ opus meritoziū ex cōdigno vite eterne: dicit̄ illud qd̄ hēt cōdignitatē ad vitā eternā q̄ est eius p̄miū vel merces. i. quod in virtute illi eētur. p̄pter quā eālitatē ei debet̄ fm̄ iustū dei iudiciū. vñ apostol⁹. 2^o. ad thimo. 4^o. enumerās opa meritozia a se facta: subiūgit. in reliquo reposita ē mihi corona iusticie quā reddet mihi dñs in illa die iust⁹ iudex. nō solū aut̄ mihi: sed et his q̄ diligūt̄ aduētū ei⁹. condignitas aut̄ et eālitās operum humanoꝝ ad p̄miū et mercedē vite eterne: nō est illis ex natura propria aut virtute nā nō sunt cōdigne passionēs hui⁹ tēporis ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis: et p̄ cōsequēs neq̄ actionēs sunt cōdigne. sed ex participatiōne est diuinitatis quā hēt p̄ virtutē et motionem sp̄s sancti eis cōmunicatā cū gr̄a gratū faciēte p

quā vt secūda petri p̄ dicit̄: efficiamur diuine cōsortes nature ac p̄ hoc filij dei et heredes eterne glorie q̄ est naturalis dei hereditas. iuxta quod ap̄ls dicebat̄ 1 Ro. 8^o. quicūq̄ sp̄s dei agūtur: hi sunt filij dei. si aut̄ filij: et heredes. heredes quidē dei: coheredes autē xp̄i. qz ergo nos heredes et digni sum⁹ vite eterne in q̄ sum⁹ filij dei p̄ gr̄as p̄ quā efficiamur diuine cōsortes nature: cōsequēs est q̄ radix et rō merēdi vitā eternā sit gr̄a gratū faciēns. ita q̄ absq̄ illa null⁹ act⁹ vel habitus nec etiā ip̄a charitas si a gratia separari possēt: sufficēs est ad merēdū vitā eternā. put. S. Tho. notat de veri. q. 27. ar. 2^o. ad. 4^m. Ad cui⁹ intellectu cōsiderādū est. put accipi pōt̄ ex deductione S. Doc. p̄ 2^o. q. 111. ar. 3. in. cor. Et de veritate loco. p̄ime allegato in cor. q̄ ad cōsecutionem finis tria exigunt̄. s. natura p̄portioata ad finē et inclinatio ad finē illū q̄ est appetit⁹ finis. et motus i eū finē. sicut patet̄ i rebus naturalib⁹. nā in terra est natura qd̄a per quā sibi cōpetit̄ tāq̄ finis. p̄portioat⁹ esse i medio cēt̄o. hāc aut̄ naturā cōsequitur inclinatio in locū cēt̄i fm̄ quā terra appetit naturaliter locū illū. ita q̄ si p̄ violētiā et tra ip̄m detineat̄: remoto. phibētē statim deorsuz mouet̄. hō etiā ad cōsequēdū finē sibi cōnaturalē qui est cōtēplatio diuinoꝝ q̄lis est possibilis plūmē intellectui hois cōnaturalē: exigit naturā tali fini. p̄portioataz q̄ est humana. hēt etiā naturalē appetitū ad finē ip̄m et fm̄ vitēs naturales hēt opatiōes quib⁹ talē finē adipisci pōt̄ adiuuātib⁹ virtutū habitib⁹ qui appetit⁹ inclinationē p̄ficiūt ac determināt. cū igitur p̄ter hūc finē sit ali⁹ finis hois ad quez ordinatur et p̄parat̄ a deo supra hūane nature cōdicionē. s. vita eterna q̄ cōsistit in dei visione p̄ essentiaz soli deo cōnaturalis ac p̄ hoc omis nature create p̄portioatōne excedēs: necessarium est q̄ ad hōi finē cōsequēdū homini deē a deo non solū aliqd̄ p̄ qd̄ ei⁹ appetit⁹ in hūc finē inclinēt̄ et ad illuz operef: sed etiā q̄ aliqd̄ sibi deē per quod natura hois ad quādā dignitatē sublimē vt talis finis sit ei opefēs et p̄portioat⁹. et hoc est gr̄a gratū faciēs. q̄ vt p̄missuz est facit̄ hoīem cōsortē diuine nature ac p̄ hoc filij dei et diuine hereditatis q̄ est vita eterna benemeritum et heredē. et hec gr̄a est illa aq̄ que iuxta verbū dñi Joānis. 4^o. fit in homine fons aq̄ salietis in vitā eternā. i. facietis hominem meritozie et cōdigne p̄ bona opera salire in vitā eternā. exigitur p̄terea q̄ detur hoī a deo aliquid p̄ quod eius affectus in hūc finē supernaturalē inclinetur. et hoc est charitas q̄ diffusa est in cordib⁹ nostris p̄ sp̄m sc̄tūm q̄ datus est nob

vt apostolus dicit Ro. 5. ad crequendū aut opa quib' huiuscemodi finis acquirunt: datur cū charitate ceterae virtutes infuse. verū tamē qz omnis virt' dicit in ordine ad aliquā naturā p̄existētē cū sit quedā dispositio p̄fecti. i. ei' quod p̄fectum est fm naturā. put philosoph' dicit in. 7. phy. z ab ip̄a natura hēt efficacīā op̄adi: nā sicut est p̄mū p̄ncipiū in essendo ita est z in op̄ado: ideo oēs virtutes etiā charitas hēt rationē z efficacīā merēdi a gr̄a gratū faciēte. que vt p̄missimus est quedaz natura diuina participata in ordine ad quā z cui' virtute oēs habit' t̄ā infusi q̄s acquisiti v̄im habēt disponēdi hominē ad finē sup̄natura lem q̄ est vita eterna. ¶ Ex p̄missis inferimus qz fm mēsurā gratie gratū faciētis: accipi debēt q̄ntitas z grad' meritū respectu p̄mij essentialis z non fm mēsurā operum fm se z q̄s ad eorum substātiā. nā vt sic humana opera ordinē nō hēt ad finē vite eterne: sed ex sola gr̄e operatione z informatione mediāte habitu charitatis qui est immediatū p̄ncipiū operis meritoz fm illō. p̄. Corin. 13. z si distribuero in abos pauperū oēs facultates meas: z si tradidero corp' meū ita vt ardeā: charitatē aut non habuero nihil mihi p̄dest. Faciunt ad ista ea q̄. S. Tho. dicit. p̄. p. q. 95. ar. 4. in. cor.

¶ Secundo Motādū est qz quīs p̄ncipia merēdi sint gr̄a z charitas. put dicitur est sup̄ra: null' tamē p hoc solū qz hēt gr̄am z charitatē merē. et rō est qz meritū p̄sistit in actu. est enim p̄prie loquēdo actio fm quā quis facit sibi debitā mercedē. vnde z ap̄lus dicit. 2. ad thimo. 2. nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit. si q̄ dez p̄mū et corona p̄ merito datur. gratia nāqz z charitate dicimur mereri nō tāqz meritis: sed tāqz p̄ncipijs merito rū. actibus vero a gr̄a z charitate elicitis vel im peratis: dicimur mereri tanqz ip̄is meritis. itaqz meritū implicat actū vel opationē pro substātia operis: et gr̄e ac charitatis a quib' elicif vel im peratur v̄im z virtutē influxā pro formali rōne ac efficacīa merēdi. vnde possibile est qz pro sola gr̄a z charitate absqz p̄prijis actib' detur aliq̄bus vita eterna sicut pueris decedentibus mox baptizatis. z tamen null' absqz p̄prijis actibus etiā si perfectus sit gr̄a z charitate: meretur vitā eternā. nec illā consequi potest tanqz p̄mij pro meritis suis. z signāter dico suis: nā pro meritis alienis sibi cōmunicatis. s. christi: dici potest vitā eternā dari tanqz p̄mij pro meritis his qui nullum meritum. p̄prijum habuerunt vt sup̄radictis infantibus.

¶ Tertio Motādū est qz vt. S. Tho. dicit. p̄. 2. q. 112. ar. 4 in. cor. habit' duplicē magnitudinē habere pōt. vna ex parte finis vel obiecti fm qz dicitur vna virtus alia nobilioz inq̄s ad maius bonū ordi natur. alia vero ex parte subiecti quod magis z minus participat habitū inherētē. fm igitur p̄mā magnitudinē: gr̄a gratum faciēns nō pōt eē maioz z minoz. qz gr̄a fm sui rationē coniungit hominē summo bono quod est de'. sed ex parte subit: gr̄a pōt suscipere magis vel minus. cui' diuersitatis ratio p̄ma quidē est ex parte dei qui diuersimode sue gratie dona dispensat vt ex diuersis gradibus pulchritudo et perfectio ecclesie confluat. sicut etiā diuersos grad' rerū instituit ad hoc qz vniuersum esset perfectum. vnde apostolus ad ephesios. 4. postqz dixerat: vnicuiqz data est gr̄a fm mēsurā donationis christi enumeratis diuersis gratijs: subiūgit. ad confirmationē sanctorū in edificationē corporis xpi. Secūda vero ratio diuersitatis accipitur ex parte hominis p̄paratis se ad gratiā. qui enim magis se ad gratiā p̄parat: plenioz gratiā a deo accipit. huiuscemodi aut diuersa p̄paratio dari potest in adultis q̄ aliter z aliter ad gratiā suscipiēdā motu liberi arbitrij deo t̄i specialiter adiuuāte se disponunt. quā dispositionez. S. Doc. plerūqz vocat conatū. in infantibus vero dari non potest huiuscemodi p̄parationis diuersitas cui' omniū sit vna z equalis p̄paratio. s. sacramētūz baptisimi. motus aut liberi arbitrij in quē homo auxilio dei conatur: est z in deum per fidei cognitionē vel p̄ timorē aut etiā dilectionē: z in peccatum per eius detestationē. vnde hominis p̄paratio ad gratiā: non solum est dispositio p̄uatiua vt qdā false opinati sunt: sed etiā positua: z licet supponat aliquid supernaturale. s. specialem dei motionem animuz exatātem z conuertētem ad deum siue per prospera siue per aduersa fm illud t̄nozū vltimo conuerte nos domine ad te z conuertemur: ipsa t̄i fm se motus liberi arbitrij est sub ei' potestate cadēs. alioquin non preciperetur nobis zacharie p̄ conuertimini ad me z ego cōuertar ad vos. vnde z p̄uier biozum. 16. dicitur. hominis est animum p̄parare. vbi interlinear' dicit. ex libero arbitrio. hoc tamē intelligēdum est adiuncto speciali dei auxilio vt dictū est prout. S. Tho. notat. p̄. 2. q. 109. ar. 9. ad. p̄. Juxta quod domin' ait Joā. 6. nemo pōt venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit illum. et infra ca. 15. sine me inquit nihil potestis facere. vbi interlinearis dicit nec pa-

rum. vñ apostolus vtrūq; cōplectitur p^o corin.
3^o. dicēs dei adiutores sumus.

Quarto Notandū est. put accipi
tur ex dictis. S. Tho. in
hac dif. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. et. 3. Et. 3^o. p. q. 89.
ar. 4. et. 5^o. q. sicut opera peccatorum trāseunt
actu ⁊ remanent reatu in peccatoris debito: ita
⁊ opa in charitate facta postq; trāseūt actu: ma-
nēt merito in acceptatione diuina. manēt autē in
eo gradu bonitatis ⁊ efficacie merēdi in quo fa-
cta sunt. nā sic a deo acceptata fuerūt. qui vt di-
citur iacobi p^o dat omnibus affluenter ⁊ nō im-
properat. ac per hoc postq; semel deus accepta-
uit illa vt in tali gradu eēnt meritoria vite eter-
ne: semper in seipsis fuerunt in eo gradu merito-
ria. hic autē gradus accipitur fm mēsurā perfe-
ctionis gratie et charitatis a qua processerunt.
vnde huiuscemodi opera q̄m est ex parte ipsoꝝ
nec mortificari possūt nec a gradu perfectionis
quē habuerunt dum fierēt: vnq; cadunt. ⁊ ratio
est quia nō amplius fuerūt in seipsis postq; actu
trāsierunt. quod autem non est: nec cadere nec
mortificari potest. et inde est q. in eo gradu bo-
nitatis in quo facta sunt et a deo acceptata duz
fierēt: valēt ad p̄miū accidētale omnibus in grā
pseuerātib⁹. ⁊ tātō vniciq; horum magis pro-
derunt: quanto in maiori steterit gratia ⁊ chari-
tate. vnusquisq; enim beatus gaudebit de bo-
nis operibus a quocūq; in charitate factis. ⁊ nō
solū de substātia operis sed etiā de eo q. in chari-
tate facta sunt. et tātō magis gaudebit q̄to ex
maiore charitate pdierūt ab operāte. imo vt. S.
Tho. dicit. 3^o. p. q. 89. ar. 5. ad. 3^m. ipse qui p pe-
nitentiā resurgit in minori charitate: consequitur
quidē p̄miū eēntiale fm quātitatē charitatis
in qua iuenitur. habebit tñ gaudiū mai⁹ de ope-
ribus in p̄ma charitate factis q̄ de operibus q̄
secūdo fecit quod p̄tinet ad p̄miū accidētale.
verūtāmē huiuscemodi opa meritoria dicūtur
persequens peccatū mortificari ⁊ a merito vite
eterne cadere: quo ad illū cui⁹ fuerūt opera. qui
post peccatū ab eo cōmissum factus est indign⁹
vita eterna imo ⁊ re⁹ mortis. ac p hoc vita ⁊ me-
rito ipsoꝝ operum priuatus est. et reputātur ei
illa opa velut mēbra quedā corporis mortifica-
ta motu ⁊ sensu carētia: inq̄m ipsi ex huiusmodi
bonis nullus fruct⁹ dmerito sui peccati. puenit.
q̄uis vt p̄missus est in dei acceptatione ⁊ quo
ad alios in grā ⁊ charitate existētes: talia opera
vita ⁊ meritoria sint. et his cōsonat qz cum qui
opa meritoria semel fecit: scriptura sacra horāta
vt illa conseruet ne non sibi sed alijs tātū modo

psint. dicēs apocali. 3^o. tene qd habes vt nemo
accipiat coronā tuā. qd exponit. S. Tho. li. p^o.
sen. dif. 4. o. q. 3. ar. vnico ad. p^m. ⁊ de corona p̄-
sentis iusticie et de corona future glorie. de p̄-
ma quidē: quia dum opera alicuius in charitate
facta q̄ sibi et alijs pderant fm q. spiritus chari-
tatis facit merita sanctorum esse cōmunia: ipso
peccāte sibi. pdesse desinunt ad meritū vite eter-
ne: coruz tamē fructus in illis manet qui in gra-
tia pseuerāt. de corona vero future glorie: quia
sancti in patria existētes gaudēt de omnib⁹ meri-
tis sanctorum qui in mundo sunt. vnde aliquo
peccāte cuius multa merita p̄cesserunt: gaudiū
illoꝝ meritoruz in eternuz manebit in beatis
qd ipse peccādo amisit. Eādē expositionē in sen-
tentia ponit. p^o. p. q. 23. ar. 6. ad. p^m. Et de veri.
q. 6. ar. 3. ad. p^m.

Quinto Notādum est prout. S.
Tho. dedit infra dif. 4. s.
q. 2^a. ar. p^o. sub. ar. p^o. q. opus vnus nullq. mo-
do pōt alteri valere ad p̄miū essentialē beati-
tudinis consequēdū per viā meriti vt. s. ex ope-
ribus q̄ vnus facit alter mereatur vitā eternā
nā sors glorie redditur fm grām ⁊ meritū acci-
piētis. per viā tamē orationis opus vnus alteri
dū est in viā pōt valere etiā ad p̄miū essentialē
obtinēdum. sicut quādo vnus impetrat ora-
tionibus alteri p̄mā grātiā p quā bene operan-
do vitā eternā consequitur. ipse enim orationes
fuisse pro vno reputātur velut orationes ipsius.
verūtāmē q̄m ad p̄miū accidētale vel ad ali-
quid consequēs seu accessoriū ad p̄miū essentialē
opus vni⁹ valere pōt alteri etiā p viā meriti.
Ad quozum intellectum cōsiderādū est vt pōt
accipi ex dictis. S. Tho. li. 3. sen. dif. 31. q. p^o. ar.
4. sub. ar. p^o. ad. p^m. et. sub. ar. 3. ad. 4^m. Et in-
fra in hoc. 4^o. dif. 49. q. 5. ar. p^o. c. Itē de veri.
q. 26. ar. 6. ad. 8^m. ⁊ in plerisq; alijs locis q. p̄-
miū essentialē respondet habitui gratie ⁊ cha-
ritatis: p̄miū vero accidētale respondet ip̄s
bonis operibus. quod nō est sic intelligēdū q̄si
p̄miū eēntiale non cōcernat ip̄a opa: sed quia
non respondet operibus etiā meritorijs q̄si ali-
quid cōsequēs p se ex ip̄s: sed sicut aliquid pro
ip̄s datuz ex misericordia ⁊ liberalitate dei. Ita
q. ex duob⁹ pendet eēntiale p̄miū beatitudinis.
p̄mo et p̄ncipaliter ex liberali dei donatione
qua non soluz deus largitur p̄miū ipsum qd est
gloria eterna: sed et tribuit grātiā ⁊ charitatem
q̄ sunt radix et virt⁹ illā merēdi. De p̄mo ait dñs
Joā. 10. et ego vitā eternā do eis. Itē apostol⁹
Ro. 6^o. grā dei vita eterna. Et ad titum. 3^o. fm

suā mīam saluos nos fecit. Unde, S. T. p. 2. q. 114. ar. p. in. c. deducit q̄ merituz hoīs apud deuz esse nō pōt nisi fm̄ p̄supositionē diuine ordinationis. ita scilicet vt id homo cōsequatur a deo p̄suā operationē quasi mercedē: ad qd̄ de⁹ ei virtutē op̄adi deputauit. z ex hoc pbat in respōsione ad. 3. q̄ deus nō efficit simpliciter loquēdo debitor nobis ex n̄sa actione: s̄ sibi ip̄i in q̄m debitor est q̄ sua actio impleat. De secūdo inq̄t ap̄lus Ep̄he. 4. vnicuiq̄ nostruz data ē gratia fm̄ mēsurā donationis xp̄i. vtrumq̄ aut̄ dñs cōpletus ē Joā. 4. dicens aqua idest gr̄a quā ego dabo ei: fiet in eo fons aq̄ salētis in vitā eternā. iuxta quod p̄pheta dicit in psalmo gratiā z gloriā dabit dñs. ¶ Secūdo p̄det essentialē p̄mūz ex operibus vniuscuiusq̄ gr̄a z charitate infor- matis tāq̄ ex meritis. vnde Roma. 2. dicebat ap̄lus. thesaurizas tibi irā in die ire z reuelationis iusti iudicij dei qui reddit vnicuiq̄ fm̄ opera eius. Et p. 1. Cor. 3. vniuscuiq̄ inquit p̄p̄riā mercedē accipiet fm̄ suū laborē. Juxta quod dicebat p. ad thimo. 2. non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Quia igitur gratuite dona- tiones dei non sunt cōmunes oib⁹ etiā in gratia existētib⁹ s̄ singulis sūt fm̄ dei beneplacitū iuxta illud ap̄li p. 1. Cor. 12. hec aut̄ omnia opatur vn⁹ atq̄ idē spiritus diuidens singulis put vult. quod cōsonat verbis dñi dicētis Joā. 3. spirit⁹ vbi vult spirat. z iterum gr̄a et charitas nō sunt eedē numero in omnib⁹ sed singulariter z diuer- simode singulis distribuunt fm̄ illō apostoli p. 1. Cor. 12. diuisiones gr̄arū sunt. vnde z Aba- thei. 2. s̄ dicit de deo in figura hoīs peregre p̄f- ciscētis q̄ vni seruoꝝ dedit q̄nq̄ talēta: alij duo alij vero vñū: vnicuiq̄ fm̄ p̄p̄riā virtutē: conse- quēs est q̄ z opa meritoria nec sunt coia oib⁹ in gr̄a existētibus nec sunt eqlis meriti: s̄ vnicuiq̄ sunt p̄p̄riā fm̄ mēsurā gratie z charitatis ac co- natus ad operādū: q̄ in singulis hoīb⁹ consur- git maior vel minor fm̄ q̄ gr̄am z charitatē par- ticipat z fm̄ specialē dei motionē que p̄p̄riā vir- tutē singulorū excitat z inuat. Ex quo vltorius sequit̄ q̄ nec in p̄mio essentiali glorie oēs in cha- ritate existētes cōmunicēt: ita q̄ p̄mūm singula- re vniuscuiq̄ sit alteri⁹: nec etiā sit omniū eqlis p̄mij retributio. vnde z Joā. 14. dñs ait. in domo pa- tris mei māsiones multe sunt. i. diuersa p̄mia meritorū vt interlinearis exponit. Juxta quod ap̄lus p. 1. Cor. 1. s̄. ait. stella differt a stella in cla- ritate: sic z resurrectio mortuorū. ¶ De p̄mio vero accidētali est alia ratio. qz enī p̄mūm ac- cidētale respondet operibus q̄m ad ipsum gen⁹

operis vt supra dictum est: z opa vni⁹ in charita- te facta cōmunicātur oib⁹ in gr̄a existētibus: ita q̄ opus vni⁹ reputatur eē alteri⁹ eo q̄ oēs vni⁹ sint in charitate: ideo illud p̄mūm accidētale quod cōmuniter et p̄ se consequit̄ ad meritū bo- ni operis: est omnib⁹ existētibus in gr̄a cōmune sicut est gaudiū de bonis operibus et gratiaruz actio deo sicut bonoz omnium largitori z si qd̄ aliud huiusmodi sit quod coiter cōsequitur ex oi- ope bono. cōsequitur nāq̄ ad opus bonum cui- iuslibet: qz oēs boni z virtuosī de illo gaudeāt z deo gr̄as referāt. Unde quīs huiusmodi p̄- miū accidētale magis cōmunicet existētibus in gr̄a qz magis participat de p̄fectione virtutis z de vnione adinuicē: non tamē cōsequit̄ ad me- ritū boni operis specialiter p̄pter gratiā et chari- tatē: sed ex ratione generali virtutis. virtus enī vniuscuiusq̄ etiā in puris naturalibus cōstitu- ti inclināt illuz ad gaudēdū de bonis operibus cuiuslibet alterius z ad gr̄arū actiones deo agē- das p̄ benefactis. Alia vero ad p̄mūm acciden- tale p̄inētia q̄ non p̄ se ex genere operis conse- quūtur s̄ magis ex diuina largitate quē admo- dum sunt aureole: nec fm̄ se nec q̄m ad merituz quod respiciunt: sunt oib⁹ etiā in gr̄a existētibus cōmunia. nō enī ex ip̄omet ope quo virgo meretur aureolā virginitalis vel martyr aureo- lā martirij: omēs in gr̄a existētes illas merentur. est enī aureola p̄nt. S. Doc. describit infra dis. 49. q. 5. ar. p. c. gaudiū de operibus a se factis habentibus rationē victorie excellentis. z quīs omēs beati de aureola cuiuslibet gaudeāt: hoc ip̄m tamē gaudiū nō est illis aureola. nā eius- demodi gaudiū nō datur in p̄mūm victorie gau- dētis: sed magis respicit victoriā alienā put. S. Tho. ibi dicit in respōsione ad. 4. aureola enī id ē quod corona. corona autē victorib⁹ reddit̄ nō victori cōgaudētib⁹. vnde ap̄lus dicit. 2. ad thimo. 2. nō coronabit nisi q̄ legitime certau- rit. Faciūt ad p̄missa ea q̄. S. Tho. scribit. 2. sen. dis. 27. ar. 5. in. cor. duplex est inq̄t p̄mūm respōdēs merito. vnū quod comitat̄ actum me- ritorū vt ipsa delectatio boni operis et similia. aliud quod pro bono opere reddit̄ a deo vt vi- ta eterna. ad hoc autē duplex meritum: diuersi- mode actus meritorius ordinatur. qz ad p̄mūm est proportionatus fm̄ formā suā. ver- bi gratia ex hoc ip̄o q̄ est actus ab habitu p̄fe- cto procedēs: est delectabilis. vnde in p̄incipia actus reduatur sicut in causam. sed ad p̄mūm quod exterius redditur: ordinatur fm̄ propor- tionē dignitatis. zc.

Sexto Notandum est qd meritū dupliciter accipit. pprie scilicet et improprie vel abusive. pprie capiēdo meritū nullus motus liberi arbitrii pcedēs gratiā datione habet rationem meriti in statu post peccatum nec de congruo nec de condigno respectu gratie suscipiēde: q̄uis possit habere rationē cuiusdam dispositionis et preparationis ad recipiēdā gratiā. et ratio est qz sicut dictum fuit in secundo notabili: meritum pprie acceptum est actio fm quā quis facit sibi debitā mercedē. sed in statu post peccatum ante q̄ quis gratiā recipiat iustificante: homo existit in peccato mortali. nā post peccatum ade qui non est in gratia gratum faciēte: est in peccato mortali. nō enim post corruptā naturā per primum peccatum: est medius status inter statum gratie et statum peccati mortalis quod non deletur nisi p gratiaz. sed peccator per nullā actionem suā facit gratiā sibi debitā nec de congruo nec de condigno. naz vt argumentatur apostolus 1Ro. 11. si grā est nō est ex operibus: alioquin gratiam nō est gratia. qz scilicet ideo dicitur grā: qz gratis datur. iuxta illud apostoli 1Ro. 3. iustificati gratis per gratiam. vbi interlinearis expōit: sine meritis. et glosa marginaria exponens ad uerbum gratis dicit. non per legem: non per propriā voluntatem: sed per gratiaz christi que donum dei est. et infra. huius gratie percipiēde: nulla pcedūt merita: quia meritis impij nō grā: sed pena debetur. nec ista esset grā: si non daretur gratuita. hec glosa. et est sumpta ex Augustino in libro de spiritu et littera. et de ista propria acceptione meriti loquitur. S. Tho. li. 2. sen. dif. 27. ar. 4. r. p. 2. q. 114. ar. p. vbi absolute determinat qd nullus potest sibi mereri primā gratiam. vnde ibi. p. 2. absolute et vniuersaliter loquitur dicens qd omne meritum repugnat gratie. tum qz est grā iuxta dictū apostoli supra allegatum 1Ro. 11. tum etiā qz ante gratiā in statu peccati homo habet impedimētū pmerēdi grām. s. ipm peccatū. et infra. ar. 7. in. cor. dicit qd nullus potest sibi mereri reparationē post lapsus: nec merito condigni nec merito cōgrui. idē autem est dictu nō posse mereri reparationē post lapsum: et nō posse mereri primā gratiā sine qua lapsus peccati reparari nō pot. ¶ Improprie vero vel abusive potest dici meritū ad grām: ipa dispositio et preparatio ad gratie susceptionē. eo modo loquendi quo id quod est dispositū et ordinatū ad aliqd dici pot abusive mereri illd. quē admodū materia ad formā disposita: dici pot illam mereri. isto

enī modo meritum accipit improprie et abusive qz nō proprie importat debitū respectu eius rei quā quis dicit mereri qd in rōne meriti implicat sed quēdā ordinē et pportionē ad illā. et isto modo loquit. S. Tho. li. 2. sen. loco prime allegato in respōsione ad. 4. m. ait enī sic. indignus pot sumi dupliciter. vel negative tñ: et sic deus dat gratiā indignis qz his qui nō sunt sufficētes ad hoc digni: sed tñ hñt aliquā dispositionē ad recipiēdū ex quo dicitur quodā modo ex cōgruo gratiā mereri. vel sumitur contrarie vt dicitur indigni qui hñt voluntatē resistētē gratie: et talibus gratiaz deus non infundit qz ad virtutem non cogit. vnde qz pparatio et dispositio hominis ad gratiā nō importat rōnez debiti ac phoc nec proprie rōnem meriti: ideo vt. S. Tho. deducit. p. 2. q. 112. ar. 3. nō necessario dat gratia preparati se ad illā et faciēti quod in se est q̄m est ex liberi arbitrii motione. quādo vero ex diuina ordinatione grā datur facienti quod in se est: ratio debiti non accipitur ex ipso opere facientis et per consequens nec ratio meriti: sed ex parte dei sic ordinatis qui sibi ipi debitor est implēdi quod pmitit seu pceordinauit.



Quantum ad q̄r

Quantum articulū respondēdum est obiectionibus aduersariorum. Et quidē ad primum scoti contra conclusionem respōdet. S. Tho. 3. li. sen. disti. 31. q. p. ar. 4. sub. ar. 3. ad 2. m. qd penitētia omnia bona restituit q̄ penitēs prius q̄ peccaret habuit. sed non est necessarium qd illa restituat in equali gradu bonitatis. nam talis gradus maior vel minor aut equalis: non consequitur per se ex penitētia: sed commensuratur fm quantitatē gratie in qua penitens resurgit. que recipitur fm mēsurā donationis xpi vt apostolus dicit Ephe. 4. proportionatur etiā conatui tāq̄ dispositioni qua penitens mouetur in amorē dei et detestationem peccati. vnde in argumēto committitur fallacia figure dictionis: nam mutatur quantum in quale. Responso autem ibi data: vera est q̄q̄ nō multum ad propositum argumenti. et ad eius improbationem: dicitur qd propter solaz gratiam sine pprijs meritis potest aliquis beatificari: sed non pot mereri b̄itudinē. verūtamē fallum ē qd glia cuiuscūqz habētis ppriū meritū: excedit gloriā cuiusqz ppriū meritū non habētis si in habitu gratie et charitatis pares sunt loquēdo de glo-

ria essentiali que vt dictum est in notabilib⁹: non comensuratur operibus sed habitui gr̄e. Et ex hoc sequitur falsum esse q̄ meritū quodcuq; sequens alia merita iam habita: requirit pprium gradū glorie essentialis sibi correspondente. nam p̄nt a gratia eiusdem grad⁹ multa bona opera etiā meritoria procedere et meritū merito superaddi: sine eo q̄ maior gradus glorie essentialis sibi debeat. qm̄ vt dictum est: gloria non respondet meritis nisi rōne gratie et fm̄ eius mēsurā. licet enim quolibet actu meritorio mereatur homo augmentū gr̄e cui respondet et augmentū glorie: et tamen sicut non augetur gratia p̄ quolibet actum meritorium: ita nec quolibet merito respondet augmentū glorie. mereri nāq; augmentū gratie: est ad illud disponi. vnde sicut quelibet gutta aque disponit ad lapidis cauationem: non tamē quelibet gutta cauat lapidem sed vltima in virtute omnium: ita quilibet actus meritorius disponit ad augmentū gr̄e et tamē per quolibet actū meritorium nō fit actu gratie augmentū: sed postq̄ existēs in gratia fuerit sufficienter dispositus ad gratie augmentū. put S. Tho. inquit p^o 2^o. q. 114. ar. 8. ad. 3^m. Cui consonat quod dicitur l^o. p^o. sen. disti. 17. q. 2. ar. 3. ad 5^m. quando inquit est talis actus charitatis qualis requiritur ad augmentū charitatis: tunc etiā augetur premiū subale quod debet charitati maiori consequenti actum: non charitati q̄ est radix actus. non autē omnes sunt tales vt dictum est. et ideo ad multitudinem actuum non sequitur d̄ necessitate augmentum premiij subalis. hec ille. vñ non est verum vt arguēs dicit q̄ vltra gradū glorie qui precise correspondet gratie: correspondet actu meritorio aliq̄s gradus glorie essentialis. Ad. 2^m. dicitur q̄ assumptum est falsum ad intellectū arguentis. imo in sacra scriptura premiū vite eterne attribuitur gratie dei. vt Joā. 4^o cum dicit mulieri samaritane: aqua quae ego dabo. i. gratia fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. et dicitur salientis: quia ex vi et impetu gratie vita eterna adipiscitur. Item et Ro. 6^o. dicit gratia dei vita eterna. Auctoritates autē quas arguens inducit non faciunt pro eo. vnde ad eas respondet Sanct⁹ Thomas infra disti. 49. q. p̄ma. arti. 4. sub. arti. 4. ad. 2^m. et. 3^m. q̄ opera nō habent q̄ eis retributio glorie reddat nisi inq̄ sunt charitate informata. et ideo fm̄ diuersos charitatis gradus erunt diuersi gradus i gloria. et quamuis habitus charitatis vel cuiuslibet virtutis non sit meritum cui debeat premiū: est tamen principium et tota ratio merendi in actu. et ideo fm̄ eius diuersitatem: premia di-


stinguuntur. Neq; iterum via arguentis bene consonat obseruatiōe diuine legis: sed magis via Sancti Thome. nam lex diuina est proprie et formaliter gratia dei scripta in cordibus hominum. put apostolus dicit Ihebre. 8^o. inducens illud Ibiere. 31^o. dabo leges meas in mentes eorum et in corda eorum superscribam eas. vnde Augustinus dicit in libro de spiritu et littera q̄ sicut lex facta scripta fuit in tabulis lapideis: ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. et alibi dicit in eodem libro que sunt leges dei ab ipso deo scripte in cordibus nisi ipsa presentia spiritus sancti. s. per gratiam. et hec est lex de qua apostolus dicit Romanoꝝ. 8^o lex spiritus vite in christo Iesu liberauit me a lege peccati et mortis. quia ergo lex diuina est proprie et formaliter gratia spūs sancti diffusa in cordibus nostris: consequens est q̄ magis consonet obseruatiōe diuine legis dicere q̄ premiū vite eterne correspondet gratie: magis q̄ operibus. Quod autem vtile sit ad consequendum premiū vite eterne fm̄ obseruantiaz diuine legis exercere opera meritoria: ideo est qz opera meritoria sunt gratia informata et ab ea et non sine ea vim habent et vtilitatem merendi vitam eternam ad quam opera ipsa ex se non sufficiūt fm̄ illud apostoli Romanoꝝ. 8^o. non sunt condigne passionnes huius temporis ad venturam gloriam que reuelabitur in nobis. Unde in exemplo quod arguens inducit de remisse agente et de dormiente concedimus q̄ remisse operans non frustra egit et q̄ excedit in aliquo illum qui dormiuit et ē dignus aliquo bono eterno quo alius dormiens nō est dignus. sed tale bonum non est premiū essentialē sed premiū accidentale. vnde Sanct⁹ Thomas infra disti. 49. q. p̄ma. arti. 4. sub. arti. 4. ad. 3^m. quamuis inquit ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari: nō est respectu premiij essentialis quod est gaudium de deo: sed respectu alicuius accidentalis premiij quod est gaudium d̄ aliquo bono creato. Idem in sententia dicit. 3^a. p. q. 89. arti. 5. ad. 3^m. Ad arguenda aureo contra eandem conclusionem: ad primum patet responsio ex his que dicta sunt ad primum scoti. licet enim opera meritoria mortificata per peccatum reuiuiscant per penitentiam: nō tamē in equali gradu meriti respectu premiij essentialis: si in minori gratia resurgit. Quod autē arguens dicit q̄ per actū penitentiae acquiratur nouum meritum qui additus prioribus mereat amplioꝝ gratiam et gloriam: dicimus q̄ illud nō semper est verum vt dictum fuit in quinto notabili. verū tamen quando illud contingit: nō ex vi

actus penitentie meretur maiorem gratiam: sed ex vi gratie que auget. ¶ Ad. 2^m. concedimus totam deductionem. non enim aliquid concludit contra nos qui tenemus quod augmentum gratie meretur augmentum glorie et quod bona opera eo ipso quod merentur augmentum glorie: merentur augmentum gratie. ¶ Ad. 3^m dicitur quod antecedens est verum si habes plura merita sit in maiori gratia quam habens pauca. sed si e converso ponatur: antecedens est falsum. nec enim actus aut pluralitas actuum se faciunt homines deo acceptum ad premium essentiale consequendum: sed gratia ipsa et charitas. unde ad hanc. 12. et Luce 21. diuitibus multa mittentibus in gazophylacium dicitur de vidua paupere duo tantummodo minuta mittere. vere dico vobis quod vidua hec pauper plus quam omnes misit. ubi glosa dicit. intimatur quod sit acceptabile deo quod offertur bono animo qui non offerentium subam: sed prestat conscientiam. Iuxta quod apostolus dicebat per 1^o Corin. 13^o. et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ut ardeam: charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Et per hec patet responsio ad. 4^m. dicitur enim ad maiorem quod non est vera nisi cum pluribus meritis habeat etiam maiorem gratiam. ¶ Ad. 5^m. negatur consequentia. et ad eius probationem negatur assumptum. imo nos contrarium tenemus loquendo de premio essentiali. ¶ Ad argumenta henrici contra eandem conclusionem ad primum eorum quod primo loco obijcit dicitur quod assumptum est falsum quod ad id quod dicitur quod scilicet conatus qui est in detestationem peccati et ademptionem gratie: non potest esse sine gratia preueniente liberi arbitrium loquedo de gratia gratum faciente ut arguens preedit. licet enim predicti motus haberi non possint absque speciali dei auxilio: non tamen presupponunt gratiam habitualem gratum facientem. Et de hoc. S. Tho. 2^o 2^e. q. 109. ar. 6. Et. q. 112. ar. 2. Unde infra distin. 17. q. 1^a. ar. 2. sub. ar. 2. ad. 2^m. voluntas inquit nostra est omnino pedisequa respectu diuine gratie et nullo modo preuia: quia ipsa voluntas bona que gratiam gratum facientem precedit: ex deo nobis puenit qui gratuita sua voluntate nos puocat ad hoc vel flagellis vel aliquo auxilio interiori aut exteriori. ¶ Ad. 2^m. dicitur quod assumptum est falsum. et ad eius probationem negatur consequentia. quia conatus ad cuius mensuram regulariter datur gratia: est directe et immediate dispositio quedam materialis ad gratie receptionem: non ad opera subsequenda gratiam nisi remote. unde secundum eius mensuram: non semper intentio et meritum operum sequentium commensuratur. sed eorum commensuratio est secundum mensuram gratie et conatus a gratia causati a quibus opera ipsa immediate procedunt. unde argu-

ens fallitur putans quod nos ponamus conatum qui est preparatio ad gratiam recipiendam: esse illum conatum qui est in iam habere gratiam ad opera elicienda quod est falsum. Dicimus itaque quod gratia gratum faciens datur a deo regulariter secundum mensuram conatus: tamen ipsius conatus preuenit quedam gratia gratis data. scilicet motio diuina que ipsum excitat et intendit. huiusmodi autem motio aliquando est per prospera aliquando per aduersa. Et cum arguens instat quod tunc ipsa gratia gratis data ex se ipsa sine cooperatione liberi arbitrii mouet appetitum in detestationem peccati et gratie desiderium: negatur consequentia. non enim consequitur quod illud quod ab alio mouetur: non cooperetur ad motum. imo in habentibus liberum arbitrium ut communiter accidit contrarium. quoniam is qui mouetur est etiam mouens. Cum autem arguens querit utrum gratia iustificans detur ante quam liberum arbitrium cooperetur actione que dicitur conatus an non: respondemus quod regulariter non datur. deus tamen per illam dare etiam absque conatu vel quod conatus precedat gratiam non tempore sed natura. et de hoc. S. Tho. 2^o 2^e. q. 112. ar. 2. ad. 2^m. 2^m. Et cum arguens instat quod tunc gratia daretur ex merito congrui non digni et per consequens iustificatio: concedimus capiendum meritum improprie et large sicut dictum fuit in sexto notabili. nec id est parum dare largitati diuine imo multum. quoniam magne largitatis est dare gratiam absque merito digni. Ad auctoritatem Augustini dicitur quod arguens addidit de suo: iustificans. nam Augustinus gratiam tantummodo dicit preuenire omnem motum liberi arbitrii. et illa gratia non est habitus gratum faciens aut gratia iustificans: sed quedam diuina motio gratis data que aliquando datur per prospera aliquando per aduersa per quam liberum arbitrium primo incipit moueri ad deum. Et de hoc. S. Tho. 1^o 2^o. sen. distin. 27. arti. 4. Et in hoc. 4^o. infra distin. 17. q. 1^a. ar. 2^o. sub. ar. 1^o. et. 2. Et per 2^o. q. 112. ar. 2. ¶ Accedit verum ut arguens dicit quod dictus motus liberi arbitrii sit dispositio pure negatiua scilicet gratie non resistere imo est dispositio et actio positiua videlicet diuine motioni consentire et gratiam desiderare et pro habenda gratia deum orare. et hoc est deo dispositiue cooperari. unde false arguens exponit verbum apostoli dicentis prima Corinthiorum 3^o. dei adiutores seu cooperatores sumus. non enim vere dicitur cooperatores qui tantummodo non resistit: alias martyres quam plures dicerentur cooperatores tyrannorum. ¶ Ad ea que secundo loco inducuntur ad questionem quam mouet quod charitas ex qua presterunt opera per peccatum mortificata: reparata resurgente non semper in equali gradu: sed aliquando

in maiori aliquando in minori secundum maiorem vel minorem resurgentis conatum. et licet ante lapsus meruisset per bona opera augmentum gratie: si tamen resurgit in minori conatu: non resurgit cum tali gratie augmento. quoniam sicut gratia ita gratie augmentum datur de communi cursu secundum capacitate recipietis. nec oportet quod resurgenti de se semper augmentum gratie quod per meritum: quoniam videtur. S. Tho. dicitur 1. 3. dist. 31. q. 1. ar. 4. sub. ar. 3. ad. 4. homo pro peccatum factus est alter quam prius in gratia existens. et ideo non plenarie ad pristinum gradum est restitutus. et per consequens non plenarie recipiet effectum priorum meritorum nisi quoniam ad premium accidentale quod est gaudium de ipsis operibus; et mensurat magis actibus quam habitu gratie et charitatis. **C**um autem dicitur tertio loco quod maior gratia datur semper quibuslibet resurgentibus a peccato actuali quam innocentibus purgatis a solo originali: non est verum. nec probatio eius valet. nam licet magis ardua sit et sit melior impugnationis negatio quam negatio concupiscentie: sufficit tamen ad utramque quantumvis parva gratia. nec est necessarium quod tanta gratia et non maior deest unicuique quanta requiritur ad negationem impugnationis vel concupiscentie. unde dari potest innocenti maior gratia quam sit illi necessaria ad negationem concupiscentie: et etiam maior quam penitenti resurgenti ad negationem impugnationis. **A**d argumentum ante oppositum respondet S. Tho. 3. p. q. 89. ar. 2. ad. 1. quod dictum apostoli intelligi debet non de omnibus diligenter deus qui pro peccatum a dei amore cadunt: quod patet in his qui cadunt et nunquam resurgunt: vel qui resurgunt iterum casuri. sed intelligitur de his qui secundum provisionem dei vocati sunt sancti. scilicet predestinati qui quod desiderant cadant: finaliter tamen resurgunt. cedit autem eis in bonum hoc ipsum quod cadunt. non quia semper in maiori gratia resurgunt: sed quia resurgunt in prima mentiori gratia. non quidem ex parte ipsius gratie quod quanto gratia est maior: tanto de se est permanentior. sed ex parte hominis qui tanto stabilis in gratia permanet quanto est cautior et humilior. unde et glossa ibidem subdit quod ideo proficit eis in bonum quod cadunt quia humiliores redeunt atque doctiores fiunt. **I**dem sermo in sententia respondet 1. 3. sen. dist. 31. q. 1. ar. 4. sub. arti. 3. ad primum. **E**t in hoc articulus terminatur.

Distictio decima quinta.



irca disti-

tionem quintam decimam quaeritur utrum homo possit deo satisfacere pro peccato et arguitur quod non. quia ille cuius totum quod habet non sufficit ad unum debitum exsoluendum non potest pro alio suo debito satisfacere. sed quicquid homo est et potest et habet: non sufficit ad exsoluendum debitum pro beneficio creationis. unde Esaias 1. 5. dicit quod ligna libani non sufficiunt ad holocaustum. ergo nullo modo potest satisfacere pro debito offense commisse. **I**n oppositum arguitur. quia sicut dicit Hieronymus: qui dicit deum aliquid impossibile precepit se homini: anathema sit. sed satisfactio est in precepto. **I**tem 3. facite dignos fructus penitentie. ergo possibile est deo satisfacere. **I**n hac questione erunt quattuor articuli ut supra.



Quantum ad ar-

ticulum primum sit prima conclusio quod purus homo de communi cursu et secundum dei preordinationem: non potest perfecte satisfacere deo pro peccatis commissis nisi in virtute meriti christi. hanc conclusionem tenet S. Tho. 3. li. sen. dist. 20. arti. 2. ubi licet S. Tho. loquatur de satisfactione pro peccato totius humani generis: prima tamen ratio et secunda quas ad id probandum inducit: id ipsum concludunt de peccato mortali cuiuslibet hominis. **E**andem conclusionem tenet 3. p. q. 1. ar. 1. ad. 2. **S**ecunda conclusio est quod nullus potest satisfacere deo de uno peccato: alio retento. hanc conclusionem tenet S. Tho. in hac dist. q. 1. ar. 3. **T**ertia conclusio est quod nullus extra charitatem existens potest satisfacere deo pro peccatis pro gratiam et charitatem prius dimissis quo ad culpam. hanc conclusionem tenet S. Tho. in hac distinctione questione prima articulo tertio sub articulo secundo. **Q**uarta conclusio est quod opera extra charitatem facta non sunt proprie meritoria alicuius boni etiam temporalis. hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctione loco proxime allegato sub articulo quarto.



Qantum ad articulum secundū arguēdū est cōtra conclusiones. Et quidē contra p̄mā arguit scot⁹ p̄bando q̄ possibile sit de potētia dei absoluta deū accipere aliquē actū penitētis tanquā satisfactionē iustaz p̄ peccato: nō conūcto merito passionis xp̄i. p̄mo qz nō est impossibile filiū dei nō fuisse incarnatū et p̄ consequēs nec passum. et tñ possibile est deū p̄duxisse predestinatū ad beatitudinē et iuste: non tñ excludēdo misericordiaz. ergo possibile fuisset modo penitētē sibi satisficisse: qz non pōt iuste sine satisfactione peccatoz beatificare. Confirmat istud p̄ Augusti. 13. de tri. caplo. 4. fuit q̄dem et alius modus n̄e redemptionis possibilis q̄ scilicet p̄ incarnationē et passionē: sed nullus n̄e misericordie sanande p̄ueniētoz. ergo lapsus noster potuit sanari alia viā q̄ p̄ incarnationē et passionē xp̄i. ¶ 2. quia passio xp̄i non delet culpā nostrā nisi vt causa meritoria et p̄ consequēs vt causa secūda q̄ non est de essētia rei. ergo illa reducitur ad genus cause efficiētis. sed quicquid potest de⁹ per causam secūda efficiētē pōt imēdiatē. ergo sine illa posset iuste et ordinate remittere culpā. Si dicat ad istud q̄ deus posset sine xp̄o mediatore deleuisse iuste culpaz viatoris et ita eum p̄duxisse ad beatitudinē s̄m p̄mū argumentū et imēdiatē iustificasse iuxta secūdum argumentū: sed tamē nō p̄ viā satisfactionis quia non fuisset aliquid equualēs redditum tunc: nunc autē est redditū equualēs per christi passionē cum ista tamē tali q̄li satisfactione isti⁹: contra. satisfactio est redditio equualēs p̄ equualenti. sed quantum malū fuit peccatū auertens a deo: tantum bonum est conuersio ad deum ex charitate. quantum etiam bonuz natum fuit in esse actui nostro: tantum bonum et non plus abstulit peccatū nostrum: et tantum bonum potest inesse actui n̄o secundo. ergo per ipsum omnino equualēs redditur. Si dicat q̄ actus malus nō sit equualēs in bono illi malo in displicentia nisi actus ille eliciatur a gratia: sed prima gratia nō datur alicui peccatori nisi ex passione xp̄i: contra. de potentia dei absoluta bene posset dari prima gratia sine merito passionis xp̄i. qd̄ p̄batur. quia sūma gratia data creature: data est anime xp̄i et sine merito quocūqz. nulla enī passio eius nec p̄uisa nec exhibita erat meritū respectu s̄e conferrēde sibi. imo p̄uidebatur vel p̄ri⁹ videbat gratia habitur⁹ q̄ passio acceptāda. ¶ 3. tē passio xp̄i sit bonū finitū etiā accepta s̄m totā rationem me-

riti in ea: quia non erat bonum infinitum. nec per consequēs acceptat a deo infinite ex parte obiecti: quia nō fuit deus beatus acceptando illā passionem sicut amādo suāz essentia. si ergo infinitas in peccato prohiberet satisfactionem esse possibilem: etiā phiberet eam posita passione xp̄i. ¶ 4. sic. deus de potentia absoluta posset dedisse peccatori post attritionē tanquā post dispositionē congruam et meritum de congruo: gratiam per quam motus eius fieret contritio. et sic p̄ satisfactionem deleuisse peccatum: quia per actum illū reddentem deo equualēs illi bono quod abstulit peccatum. posset etiam actus ille esse alias indebitus: quia licet quicquid sumus et possumus teneamur deo: tamē ex maxima sua misericordia considerans nostram fragilitatem et difficultatē ad bonū: noluit nos regulariter obligare nisi ad decalogum. et ita potuisset ordinasse et obligasse hominem tñ ad decalogū xp̄o non incarnato. possit ergo tunc homo aliqua supererogationis opera exercere que alias essent sibi indebita. et tñ saluaretur tota ratio satisfactionis. de potentia ordinata tamen deus non disposuit sibi reconciliare iniustum: nisi per obsequium sibi magis gratuz q̄ erat offensa eius sibi displicens. et illud est meritum passionis xp̄i. hec scotus in forma. ¶ Contra eandem cōclusionē arguit aureolus. p̄mo qz rigor iusticie exigit q̄ actus satisfactorius sit equualēs in bonitate malicie act⁹ peccati. sed possibile est habere actum gratia informatum equualē lentez in bonitate malicie peccati. ergo et cetera. minor probatur. quia si act⁹ gratia informat⁹ nō posset equualere vel p̄ponderare malicie peccati: hoc esset vel quia culpa ē infinita ratione obiecti vel ratione sui vel ratione operantis. si primo modo: non magis est infinit⁹ actus peccati in malicia q̄ actus bonus gratia informat⁹ in bonitate: quia vterqz est in deū obiectiue. ergo si p̄ obiectū infinitum actus peccati habet infinitam maliciam: eadem ratione actus gratia informat⁹ habet infinitā bonitatē. si secundo modo: nō. quia actus peccati non est infinitus formalit̄ nec actus gratia informat⁹. sed tertio modo posset intelligi infinitas malicie actus ex parte operantis hoc modo. s. quia quātūcūqz augetur act⁹ bonus in bonitate: nūquā equaret gradū malicie satisfaciēdo. cuius ratio est. quia in cōmissione peccati est magna iniusticia ex parte hominis. quādo vero homo elicit actuz bonum: nō videtur q̄ possit satisfaciendo illam iniusticiam ad equare quia nullus satisficit exhibēdo illud ad quod alias etiam si non esset fienda satisfactio teneret.

sed homo dato q̄ nō peccaret: tenetur deo oēm bonū actū exhibere quē exhibet & plus q̄ exhibebat. ergo et cetera. sed ista ratio non d̄bet moueri: quia licet de cōgruo et decenti homo obliget̄ ad impēdendū omnē bonū actū: hoc t̄m̄ non est de rigore iusticie. alias quilibz obligaret̄ ad intrādum religionē et actus p̄similes q̄ sunt superogationis. ergo si ad tales actus nō tenet̄ homo d̄ rigore iusticie: si post peccatū eliciat talē actum: poterit sic int̄sum elicere in bonitate: q̄ peccati maculam adequabit. et p̄ consequēs erit satisfactorius. hec ille in forma. ¶ Contra eandē arguit durandus dicēs. quidam dicunt q̄ licet homo ex se non possit satisfacere reddēdo equiuales: p̄t tamen hoc p̄ hoc q̄ sibi cōmunicat meritū passiois xp̄i quod fuit aliquo modo infinitū. sed hoc nō videtur verum. q̄ nec ipse xp̄s s̄m̄ q̄ homo potuit deo reddere. p̄ seipso equiuales beneficijs acceptis. cum ergo quicq̄d erat in xp̄o s̄m̄ humanā naturam totū esset obligatū deo et ei debituz: non potuit esse satisfactio de cōdigno. p̄ quocūq̄ peccato considerādo naturā operis vel rei: sed soluz s̄m̄ acceptationē gratuitā dei. ¶ Sed contra predicta arguūt quidam dicentes q̄ predicta determinatione tollit omne meritū et omnē possibilitatem satisfaciēdi. quod pbant q̄ q̄ nihil p̄t solueri: in nullo p̄t satisfacere. sed s̄m̄ predicta quicq̄d homo habet ē debitum deo ratione beneficij accepti. ergo nullus p̄t aliquo modo satisfacere p̄ delicto cōmissio. eodē modo etiaz tollit omne meritum. q̄ nullus meret̄ qui nō habet aliqd̄ qd̄ possit impendere. p̄ premio. sed s̄m̄ predicta nullus homo habet aliquid quod possit impendere p̄ premio. ergo nullus homo p̄t aliqd̄ mereri. Sed ista sunt satis friuola quia bene concludunt q̄ nullus p̄t deo satisfacere de condigno s̄m̄ eq̄litate emende ad offensam: nec mereri d̄ condigno stricte et p̄p̄rielo quēdo de merito cōdigni vitam eternam et hoc est concedendū. sed de congruo et s̄m̄ dei acceptationē gratuitā: p̄t homo mereri apud deū et satisfacere deo d̄ peccato cōmissio. nec predictę rationes pbant oppositū. acceptat enim de n̄ra bona opera vt meritozia et satisfactoria: quāuis sint in nobis ab ipso et quāuis non reddam̄ ei nisi quod suū est. sicut scriptū est p̄mo ¶ Paralī. 29. tua sunt omnia et q̄ de manu tua accepimus dedim̄ tibi. et hec opinio magis consonat pietati fidei qua min̄ attribuimus nobis & plus deo. vt dicat quilibet bonus cū psalmo. saluum me fac quoniam voluit me. et illud Roma. 9. non est volentis neq̄ currētis: sed dei miserētis. hec ille. ¶ Contra secundam et tertiaz

conclusiones arguit scotus probando q̄ aliquis manēs in vno peccato possit satisfacere pro alio et q̄ non oportet satisfactiones pro peccatis habitualiter esse coniunctas. primo q̄ opposita sententia videt̄ nimis dura contra peccatores et occasio maioris obstinationis. si enī iste homo vere penitēs et humiliter recipiēs satisfactiones et post ieiunium triū diez cras reciduat in peccatū mortale: de illo non penitēs secundo die ieiunet quod sibi fuit impositū. si dicas q̄ illud ieiunū secundę diei nō est aliqua satisfactio exterior: magis est occasio inducendi istum lapsum vt tertio die non ieiunct. et p̄ consequēs ad nouū peccatū mortale cū sit transgressio precepti ecclesie et vicarij dei in hoc casu. ¶ 2^o sic. si post lapsum ante cōpletā penitētā non exequat̄ quis satisfactionē pristinā et sibi impositā: peccat mortaliter nouo peccato. si ergo exequat̄: bene facit q̄ actū obedientie facit. sed nō facit actū obedientie nisi in q̄m̄ illud est sibi ipositū tanquā pars satisfactionis. ergo satisfacit. ¶ 3^o quia si alicui offense in regē cor respōdeat precise s̄m̄ legem absconditio manus: si ista etiam inuito absconditur manus: satis patitur et in tantū sufficit regi q̄ s̄m̄ legem et iusticiam nō debet ab eo penam vltiorē exigere: et tamē nō recipit eum in gratiam vel amicitiam. multo magis posset sufficere pro punitione culpe si aliquis penā debitam sibi infligeret: licet non esset in gratia vel amicitia ipsius iudicis offensi. hec Scotus in forma. ¶ Contra eandē conclusionē arguunt quidam alij. primo sic. quia ille qui acceptata penitentia postea incidit in mortale: solum est debitor: pene certe et finite. sed illam exsoluit. ergo non potest ab eo plus exigi et sic satisfacit. ¶ 2^o quia s̄m̄ iusticiam humanam si quis penam taxatam et acceptatam pro precedente offensa sibi dimissa exsoluerit etiam postq̄ denuo offendit: liberatus est totaliter. ergo similiter et s̄m̄ iusticiā diuinam. ¶ 3^o quia si non esset liberatus ab hac pena et exsolueret eam in inferno: aut ergo finitam aut infinitam. si finitam: eadem ratione finita pena facta in peccato mortali debuit satisfacere vel sufficere. si infinitam: hoc videtur inconueniens quia nō erat debitor nisi pene finite. ¶ 4^o quia videtur inconueniēs q̄ homo tantū puniatur pro peccato quod fuit sibi veraciter dimissum sicut p̄ peccato quod nūq̄ fuit sibi dimissuz. alioquin non prodesset cōtritio nec confessio. s̄ istud sequeret̄ si p̄ peccato dimisso puniret̄ pena eterna in inferno. ergo et cetera. ¶ Et si dicatur q̄ nihil prohibet q̄ aliquis puniat̄ equali pena p̄ peccato dimisso ac si non fuisset dimissum: non quidem

¶ Tertio ¶ Notandum est q̄ vt accipitur ex dictis Sācti Thome p̄ 2. q. 71. arti. 4. Et. 2. q. 24. arti. 12. Et in questionibus disputatis de virtutib⁹ questione vel materia secūda de charitate articulo decimo tertio: peccatum mortale dupliciter opponit̄ charitati. vno modo q̄ ad ipsam essentiam charitatis. alio modo quantum ad eius actum. et quidem q̄ ad essentiam charitatis: quia illam destruit. quemadmodum corpus opacum vel tenebrosus lumen solis a rebus illuminatis interpositum tollit. vt enim Sanctus Thomas deducit loco proxime allegato et in questionibus disputatis: quia actus non directe contrariatur habitui sed actui

posset alicui videri q̄ per actum peccati mortalis impediretur quideꝝ oppositus charitatis act⁹ sed non tolleret habitus sicut contingit in habitu bus acquisitis. non enim aliquis amittit habitum gramatice si contra gramaticam agat. sed de habitu charitatis est aliter. habitus enim charitatis non habet causam in subiecto sed totaliter depēdet a causa extrinseca. charitas enim diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis vt dicitur 1^o Ro. 5^o. non autem sic de⁹ causat charitatem in anima vt sit causa eius solū modo q̄^m ad fieri et nō q̄^m ad conseruationeꝝ ipsius. sicut edificator est causa dom⁹ solum q̄^m ad fieri. vnde eo subtracto : adhuc remanet domus. sed deus est causa charitatis et gratie in anima et q̄^m ad fieri et q̄^m ad conseruationem. sicut sol est causa luminis in aere. et ideo sicut statim cessaret lumen in aere si interponeretur aliq̄ ob- staculū : ita etiam statim cessat habitus charitatis in anima quando anima se auertit a deo per pec- catum. et hoc est quod Augustinus dicit. 8^o. sup gene. ad litteram. non ita deus opatur homineꝝ iustum. i. iustificando eum: vt si abscesserit mane- at in absente quod fecit. sed potius sicut aer pre- sente lumine nunc factus est lucidus: absente ve- ro obscurat: sic fit homo deo sibi presente illumi- natus: absente autem cōtinuo tenebratur. ¶ Se- cundo modo opponit peccatū mortale gratie et charitati q̄^m ad ipsius actum. actus enim charita- tis est coniungere hoīem deo ita vt in deo mane- at et deus in eo s̄m illud p̄ma Joā. 4^o. q̄ manet in charitate in deo manet et deus in eo. itē actus charitatis est deū diligere sup omnia ita vt in oī- bus velit se ei subicere et preceptorū eius regu- lam sequi. cū ergo peccat⁹ mortale separet ho- minē a deo ⁊ faciat illū diligere terrena bona et cōmutabilia plus q̄ deū et est repugnans p̄cep- tis dei: consequens est q̄ directe opponatur cha- ritati q̄^m ad ipsius actum.



Quantū ad arti-

culum quartū respondendū est obiectionibus in cōtrarium. Et quidē ad primū durandi conce- ditur totus p̄mus p̄cessus. et cū ex illo infert vltimo q̄ debita displicentia de pec- cato veniali et solutio pene debite possunt fieri ab homine existente in peccato mortali: dicimus q̄ hoc est falsum. qm̄ debita displicentia nō ē absq̄ contritione ac per hoc nec sine actu charitatis. p- ut infra distin. 17^a dicitur. solutio autem pene de-

bite quāuis in peccato mortali fieri possit: nō ta- men est satisfactoria nisi presupposita gratia. put- dictum fuit in p̄mo notabili. ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ solutio ibi data est sufficiens et est conformis do- ctrine. S. Tho. li. 2^o. sen. dif. 42. q. p̄. ar. 5. ad 7^m. Et. p̄. 2^o. q. 89. ar. 6^o. Et in questionibus de malo. q. 7. ar. 10. ad. 8^m. Et ad eius improbatio- nem negatur assumptū. nec est verū iudiciū eoz qui reputāt aliqua facta pueroꝝ esse peccata ve- nialia ante q̄ possint peccare mortaliter. ¶ Ad 3^m. dicitur q̄ quicquid sit de quibusdam bonis te- poralibus: et tamen de reparatione siue culpe si- ue pene post lapsum: maior p̄positio est falsa: nā et solēniorez doctores contrarium tenent. vnde S. Tho. p̄. 2^o. q. 114. ar. 7. in cor. omnia inq̄t be- neficia q̄ post lapsum peccati mortalis a deo ho- mo cōsequit quibus reparat: non cadūt sub me- rito nec condigni nec congrui vt ibi dducit. Et i- responsione ad. 2^m dicit q̄ existens in gr̄a potest alteri mereri ex congruo primā gr̄am: quia nō est ibi impedimētum ex parte merētis: quod tamen inuenitur dū aliquis post meritum gratie a iusti- cia recedit. Et inde est q̄ distinctione precedēte .q. p̄. arti. 3. sub. ar. 4. in cor. cuꝝ dixisset q̄ aliq̄s dicitur mereri ex merito cōgrui aliquid bonū tē- porale: in fine sic concludit. qz tamē hoc merit⁹ non p̄prie meritū dicitur: ideo magis conceden- dū est q̄ opera extra charitatem facta nō sint ali- cuius boni meritoria: q̄ q̄ sint. ¶ Ad. 4^m. dicitur q̄ distinctio posita ab arguente de acceptatione diuina: est ab eo conficta nec auctentias docto- ribus probata. quam obrem euacuare non valet fundamentum nostre opinionis que et auctori- tate sacre scripture roboratur et sentētis sancto- rum doctorum fulcitur. dicit enim apostolus pri- ma Corinthioꝝ. 13^o. q̄ nullum donum gratuit⁹ absq̄ charitate prodest homini aliquid. nec ho- mo aliquid est absq̄ charitate etiam si plura alia bona habeat. ad quod etiam facit quod aposto- lus dicit ad Titum p̄mo. omnia munda mūdis coinquinat⁹ autem et infidelibus nihil est mun- dum. iuxta quod Augustin⁹ dicit in libro de vera et falsa penitentia. scio dominū inimicū omni cri- minoso. quomodo ergo qui crimē reseruat: de a- lio recipiet veniā? sine amore dei consequetur ve- niā: sine quo nemo vnquā inuenit gr̄am. ¶ Ad 5^m. dicitur q̄ assumptū est falsum. et ad ei⁹ proba- tionem respōdetur q̄ iterū assumit falsum. et de charitate patet extertio notabili. de seruoze ve- ro charitatis probatur. quia seruoꝝ charitatis est motus intense et quasi velociter tendēs ad deū. peccat⁹ vero veniale est motus a deo retardās.

nec valet probatio arguentis de peccato veniali et seruoze charitatis. quia seruoze charitatis nūq̄ stat cum peccato veniali cui opponitur: quamuis stare possit cum alio ppter rationem tactam i secundo notabili. q̄ aut seruoze charitatis non sufficit ad delerionem peccati venialis sine displicentia vel contritione: non est ad ppositurū. non enim ideo sequit̄ q̄ nō valeat ad remittēdū peccatū veniale. imo magis sequitur q̄ valeat. nam seruoze charitatis explicite vel implicite semp implicat displicentiā peccati. put. S. Tho. dicit i hac distin. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. in cor. et ad p̄mū. Et 3^o. p. q. 87. ar. p̄. in cor. et ad. 3^m. Lum autē arguens dicit q̄ sola contritio sine seruoze charitatis sufficit ad delendū peccatū veniale: dicim^o q̄. S. Tho. nullibi dicit q̄ ego legerim q̄ p solum seruoze charitatis peccatū veniale remittat̄ ita q̄ nō per aliqd aliud. sed dicit q̄ per seruoze charitatis remittitur virtute cōtritionis et displicentie in eo explicite vel implicite contente. vnde nō militat contra nos q̄ aliquādo p solam contritionem et displicentiā remittat̄. verūtamē qz huiuscemodi cōtritio et displicentia sunt act^o charitatis: nō absurdē dici pōt q̄ veniale p contritionē deletū: cū seruoze charitatis. i. cū speciali actu charitatis deleatur. ¶ Ad. 6^m. dicit q̄ assumptū est falsū. nec valet ei^o pbatio. quia licet peccatum veniale nō obscurat ḡam et charitatē per diminutionem luminis: obscurat tamē ipsi^o actū per modū obstaculi interpositi ipediētis motū charitatis in deū. vnde. S. Tho. in questionibus de malo. q. 7. ar. 2. ad. 16^m. act^o inq̄t pōt diminui dupliciter. vno modo q̄^m ad facultatē agēdi vt. s. homo non possit tantū agere: et sic quod diminuit actū: diminuit p̄ncipiū actus quod est forma. alio modo quāntum ad executionem act^o: et sic nō oportet vt id quod diminuit actum: diminuat formam. nō enī diminuit gravitatem lapidis: colūna que retinet ipsum ne cadat deorsum. nec diminuit virtutem gressivam hominis qui ligat ipsum. et p hūc modum veniale diminuit actum charitatis: nō autē primo modo. hanc respōsionē pretendit. S. Tho. in hac distin. q. 2. ar. p̄. sub. ar. 2. ad. 3^m. cū dicit peccatū veniale quāuis deo displiceat qz inordinatū est: non tamen facit peccantē deo displicentem: qz nō priuatur claritas gratie sed quodam modo obnubilat̄ inquantū eius p̄cessus ad exteriora impeditur. et ideo gregorius dicit q̄ peccatum veniale obscurat: sed mortale obtenebrat. hec ille. vbi quod dicit non tamē facit peccantē deo displicentē: debet intelligi simpliciter ad differentiam eius qui peccat mortaliter inq̄^m pul-

chritudinem gratie non amittit sicut qui peccat mortaliter. verūtamē fm quid et inquantū actū inordinatum elicit: deo displicet. non enim pōt displicere peccatum quin displiceat ipse qui peccat inq̄^m est sic peccans: quamuis simpliciter non displiceat. Expositio autem arguentis de obscuritate et tenebrositate respectu luminis rationis non est ad mentē gregoriū. ¶ Ad. 7^m. dicitur q̄ quicquid sit de maiori nam non est omnino similis vtriusq̄ dependentia: et tamen minor est falsa. nam peccatum mortale remitti non potest sine infusione gratie. cuiūq̄ autem de nouo infunditur gratia: omnia venialia remittuntur prout Sāctus Thomas expresse tenet tertia parte q̄stione octuagesima septima articulo secundo in corpe ad finem. et articulo tertio in corpe que si in principio. licet enim noua gratie infusio non necessario requiratur ad remissionem peccati venialis: quotienscūq̄ tamen noua gratia infunditur: omnia peccata venialia delentur. ¶ Ad. 8^m. dicitur q̄ quāuis pena debita veniali sit finita: nō inde sequitur q̄ non oporteat esse deo accepta. ¶ Ad. 9^m. dicitur q̄ licet in veniali non sit simpliciter dei offensa: quodam tamen modo in eo offenditur deus cum deo displiceat. ¶ Ad. 10^m. dicitur q̄ licet peccatum veniale non tollat actu vlt̄ aptitudinē habitum gratie et charitatis: tollit tamen actum ipsius. et ideo oportet q̄ ad eius deletionem restituatur actus charitatis et gratie. quod esse non potest nisi gratia restituta si p peccatum fuit sublata. ¶ Ad argumentum ante oppositum respondet Sanctus Thomas in hac distictione questione secunda articulo p̄mo sub articulo tertio ad tertium: quod recitatum fuit in p̄mo notabili. Et in hoc articulus terminatur.



Teruz cir

ca eandem distinctio nem queritur vtrum penitētia habeat partes et arguitur q̄ non. penitētia enim ē virtus et sacramentum. sed ei inquantū ē virtus nō assignant̄ partes cum virtus sit habitus quidaz qui est simplex qualitas mentis. similiter etiam ei penitētie inquantum est sacramentum nō videtur q̄ partes sint assignāde: qz baptismo et alijs sacris nō assignant̄ ptes. ḡ penitētie nulle ptes debēt assignari.

¶ In oppositum arguitur. quia partes sunt ex quibus perfectio alicuius integratur. sed penitentie perfectio integratur ex pluribus. scilicet ex contritione confessione et satisfactione. ergo penitentia habet partes. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli ut supra.



Quantum ad primum articulum sit ista conclusio quod partes sacri penitentiae convenienter assignantur tres. scilicet contritio confessio et satisfactio. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distinctio. q. p. art. p. sub. art. 2. Et. 3. p. q. ultima. ar. 2.



Quantum ad secundum articulum arguitur contra conclusionem. Et quidem contra eandem arguitur durandus per bado quod penitentia ut est sacramentum non habeat pro partibus tria predicta. scilicet contritionem confessionem et satisfactionem. primo quia omne sacramentum dispensatur a ministris ecclesie secundum qualibet sui partem. sed nec contritio nec confessio nec satisfactio conferuntur penitenti a ministris ecclesie. ergo non quodlibet eorum est pars sacri penitentiae. ¶ 2. si iste sunt partes sacri penitentiae: aut sunt partes subiective aut integrales. non subiective quia totum salvatur perfecte in qualibet parte subiectiva. sed sacramentum penitentiae non salvatur perfecte in aliqua istarum trium partium. quia sacramentum penitentiae non salvatur perfecte in sola contritione et sic de alijs. ergo non sunt partes subiective. nec integrales: quia totum integrale requirit actualiter qualibet sui partem. sed sacramentum penitentiae dum exhibetur: non requirit actualiter satisfactionem. ergo satisfactio non est de eius integritate. ¶ 3. quia praeter materiam et formam in sacris non est dare alias partes praedictas. sed contritio et satisfactio non sunt materia nec forma sacri penitentiae. forma enim consistit in verbis absolutionis. materia vero si qua sit est in verbis confessionis quibus penitens suam conscientiam aperit sacerdoti. ergo contritio et satisfactio non sunt partes sacri penitentiae. praeter loquendo. ¶ 4. specialiter arguitur de contritione. quia quicquid est de integritate sacri: oportet quod sit aliquid sensibile extrinsecus adhibendum. loquimur enim modo de illo quod est sacramentum. sed contritio non est huiusmodi. ergo non est de integritate sacri tanquam pars intrinseca sacri penitentiae: sed praerogativa necessario ad hoc ut penitens sit dispositus ad suscipiendum effectum sacri qui est gratia et remissio peccati mortalis. quia nullum peccatum potest remitti quantumdiu voluntas ma-

net in eo. voluntate autem recedere ab eo quod prius volebat: est displicere ei quod prius placebat. in quo displicentia dolor contritionis consistit. et ideo contritio requiritur tanquam dispositio necessaria penitentis et non tanquam pars intrinseca sacri. ¶ 5. arguitur specialiter de satisfactione. quia deficiente aliquid quod est de necessitate sacramenti: frustratur totum sacramentum. sed si aliqui non exsolvant penitentiam in confessione sibi iniuncta: nihilominus prius fuit verum sacramentum. ergo satisfactio non est de integritate sacramenti penitentiae tanquam pars. sed sicut contritio praerogativa tanquam dispositio penitentis sine qua effectum sacramenti non reciperet: sic satisfactio comitatur tanquam operatio sine qua fructus sacramenti in penitente non remaneret. patet ergo ut dicitur quod contritio et satisfactio non sunt partes sacramenti penitentiae. praeter loquendo. si vero sumatur pars large pro omni eo quod requiritur ad debitam confessionem siue antecederet siue consequenter: sic contritio et satisfactio possunt dici partes penitentiae. ¶ 6. arguitur aliquid quia sine essentia sacramenti non habetur totus effectus sacramenti. sed quandoque est tanta contritio quod non requiritur satisfactio. et sic sine satisfactione est perfectum sacramentum penitentiae. et pro consequens non est de essentia: cum sine parte essentiali non possit esse perfecta rei essentia. ¶ 7. potest argui quia si contritio sit pars integralis sacramenti penitentiae: sequitur quod ille qui non contritus confitetur et absoluitur non recipit integrum sacramentum penitentiae cum desit ei prima pars integralis. sed hoc videtur falsum. quia si sic: absolutio et confessio nihil in eo causarent tunc nec post.



Quantum ad articulum tertium primo notandum est quod ut accipit ex dictis. S. Tho. supra distinctio. 14. Et. 3. p. q. 85. penitentia dicitur duplex. scilicet penitentia virtus et penitentia sacramentum. penitentia virtus est habitus electivus quo quis voluntarie dolet de peccatis ab eo commissis quando debet et quomodo debet cum intentione illa abolendi. abolet autem peccata commissa: per contritionem confessionem et satisfactionem. unde ista tria sunt actus praerogativa penitentiae virtutis. penitentia sacramentum est signum sanctificationis pro quod homo recipit a deo veniam pro commissis et reconciliationem peccatis mistros put. S. Tho. describit supra distinctio. 14. q. p. ar. p. sub. ar. 2. in cor. post autem sacri hoc ex contritione confessione et satisfactione. materia: et ex absolutione sacerdotis pro forma. ita quod actus penitentiae virtutis sunt partes materiales

consumationem. quia ergo in sacramēto penitē-
tie actus humani sunt pro materia: maior ppositio
veritatez nō habet sicut nec in sacramēto ma-
trimoniū. vnde si ppositio arguentis esset vniuer-
saliter vera: contra ipsum militaret qui ponit cō-
fessionē esse partē penitētie sacramēti: que tamē
non dispensatur a ministris ecclesie sed a penitē-
te. ¶ Ad. 2^m. dicit q̄ sunt partes integrale. et ad
huius improbationez dicit q̄ minor est falsa si sa-
cramētū penitentie pfecte et complete exhibea-
tur: quāuis nō sit actualiter satisfactio quando ē
contritio et confessio. quod ideo est quia sacm̄
penitentie non est aliquod totū permanens sed
successiuū cuius partes simul non sunt sed sibi in-
uicem succedunt. Et accipitur ista solutio ex res-
pensione. S. Tho. ad simile argumentum i hac
distin. loco p̄ime allegato sub. ar. 3^o. ad. 2^m. Et
3^a. p. q. vltima. ar. 3. ad. 3^m. ¶ Ad. 3^m. dicit q̄ mi-
nor est falsa. et ad eius pbationem dicitur q̄ assū-
ptum est falsum q̄. s. sola confessio sit materia hu-
ius sacramenti nec arguēs illud pbat. ¶ Ad. 4^m
dicitur q̄ maior habet veritatem de sensibili ex-
trinsecus vel in se vel in suo effectu aut in signo.
et in hoc sensu minor est falsa: quia imo contritio
p̄out est pars huius sacramēti: est aliquid sensi-
bile extrinsecus aliquo predictorum modorum.
vnde. S. Tho. distin. sequēti. q. 2^a. ar. p^o. sub. ar.
2^o. ad. p̄imū. in contritione inquit est duplex do-
lor de peccato. vnus in parte sensitua qui passio
est: et hic non est essentialiter contritio p̄out est
actus virtutis: sed magis effectus ipsius. sicut enī
penitentie virtus exteriorē penam suo corpo-
ri infligit ad recompensandum offensam. que in
deum cōmissa est officio membrorum: ita etiam
et ipsi concupiscibili penam infert doloris p̄edi-
cti quia ipsa etiam ad peccatum cooperabatur.
sed tamen hic dolor potest p̄tinere ad contritio-
nem in q̄^m est pars sacramenti et ē. hec ille. Item
infra distin. 22. q. 2. ar. p^o. sub. ar. 2. ad. 3^m. dicit
q̄ tres partes penitentie sunt et in penitētia ex-
teriori et interiori. quia confessio et satisfactio q̄
videntur tantū ad exteriorē penitētia p̄-
tinere: inueniuntur in interiori penitētia q̄^m ad
p̄positum et p̄meditationem eorum. et etiam
contritio que videtur tantū interioris penitētie
esse: inuenitur in penitētia exteriori fm quedam
signa quibus sensibilibus manifestatur vel alijs v̄l
saltem ipsi penitenti qui dolorem sensibilem p̄ci-
pit in seipso. Ad hoc facit quod dicit. S. Tho. 3^a
p. q. vltima. ar. 2. ad. p̄mū. ¶ Ad. 5^m. dicitur q̄ i
tali casu sacramentum nō fuit omnino completū
deficiente aliqua parte ad totale complementū

requisita. veritamen non ideo sequitur q̄ nullū
fuit sacramētū. fuit p̄fecto existentibus parti-
bus p̄ncipalibus q̄ ad eius consistentiam faciūt
scilicet confessione et absolutione. quemadmodū
dicitur hominē consistere in humano corpe: ma-
nu aut digitis deficientibus que partes ad inte-
gritatem corporis humani pertinent. et de hoc
dictum fuit in secundo notabili. ¶ Ad. 6^m. dicit
q̄ sicut respondet. S. Tho. in simili in hac distin.
.q. p^o. ar. p^o. sub. ar. 2. ad. 2^m. quāuis peccatū di-
mittatur ante actuale confessionem: nūquam
tamen dimittitur ante confessionem in p̄posito
existentem. sicut etiam ante baptismum actua-
liter susceptus aliquis rem baptismi consequit ex
p̄posito suscipiendi baptismū: ita et respondē-
dum est d̄ satisfactioe. Ad quod facit quod. S.
Doc. dicit ibidem ad. 3^m. q̄ ex p̄posito satisfaci-
endi gratia confertur in hoc sacramento: quā-
uis satisfactio actualis gratiaz p̄supponat. Po-
test etiam dici q̄ in ipsa contritione cum sit dolor
voluntarius et in ipsa confessione propter erube-
scentiam: implicatur satisfactio. vnde et tāta po-
test esse contritio et confessionis erubescētia: q̄
sufficiat ad satisfactionem debitam pro peccato.
Inde est q̄. S. Tho. supra distin. 1. q. p^o. ar. 3^o.
sub. ar. 3. ad. p̄mū dicit q̄ quanto est maior cōtri-
tio: tanto magis diminuit de pena. et ideo p̄babi-
le est q̄ minoris penae sit debitoz. et p̄pter hoc de-
beret a sacerdote discrete computari vt ei mino-
rem penam iniungat in q̄^m inuenit euz melius dis-
positū. ¶ Ad. 7^m. patet responsio ex his q̄ dicta
sunt in secundo notabili. ¶ Ad. argumētum ante
oppositum respōdet. S. Tho. 3^a. p. q. vltima. ar.
p̄mo ad. 2^m. q̄ non est simile de penitētia et de
baptismo ac similibus sacramētis. quia in eis ma-
teria non sunt actus humani sed aliqua res exte-
rior vel simplex vt aqua aut oleum vel composi-
ta vt chrisma: et ideo in eis non assignantur par-
tes. s̄ in sacramento penitentie materia sunt plu-
res actus humani et ideo ratio non sequitur. Et
in hoc articulus terminatur.

Distictio dca septima



Circa de-
cimā septimam
distinctionez q̄-
ritur p̄mo vtruz
vere contrit⁹ et
penitens pl⁹ de
beat eligere pe-
nam inferni vel
omnino non eē
q̄ peccare et ar-
guī q̄ sic. qz nō

minus debet aliquis eligere penam inferni v̄l oī-
no non esse ad vitandum culpam si essent neces-
saria ad eam vitandam : q̄s debeat fortis eligere
mortem ad vitandum culpam oppositam fortitudi-
ni. sed fm rectam rationem fortis debet eligere
mortem ad vitandum vitium oppositum fortitu-
dini quando de facto oportet alterum incurrere
vt docet philosophus .3^o. ethi. ergo christianus
debet eligere incurrere penam inferni vel omni-
no non esse: ad vitandum peccatum mortale q̄s
est offensiuum dei si oporteret alterum incurrere
¶ In oppositum arguitur quia maius malū : ma-
gis est fugiendum. sed esse in inferno vel omnino
non esse: est maius maluz q̄s peccare. ergo magis
est fugiendum et minus est eligendum. minor p̄-
batur. qz illud est maius malum: quod priuat pl⁹
de bono. sed omnino non esse priuat esse bonuz.
esse autem in inferno priuat non solum bonū mo-
ris et meritū: sed etiam possibilitatē redeundi. ma-
lum autē culpe neutruz predictozuz priuat. ergo
et c. ¶ In hac q̄stioe erūt q̄ttuoz articuli vt sup̄.



Quantū ad pri-
mum articulū sit p̄ma cōclusio q̄
cōtrit⁹ tenet in generali velle pa-
ti magis quācūqz penā q̄s pecca-
re. hāc cōclusionē tenet. S. Tho.
p̄mo quodlibet articulo nono. Item in hac disti-
ctione questione secunda articulo tertio sub arti-
culo p̄mo ad quartū. ¶ Secūda cōclusio est q̄ q̄
libet contrit⁹ magis dolet de peccato in q̄s est of-
fensa dei q̄s de eodem prout est nociuum sibi ipsi.
hanc cōclusionem tenet. S. Tho. in hac disti-
ctione loco proxime allegato. ¶ Tertia cōclusio
est q̄ fortis fortitudine politica plus debet fuge-
re peccatū fortitudini oppositū q̄s mortē corpora-
lē. et fm rectā rationem eligit mortem quādo ca-

sus occurrit: p̄pter bonū cōmune cuius ipse pars
est. hanc cōclusionē tenet. S. Thomas tertio li-
bro sentē. distin. vigesima nona q̄stione p̄ma arti-
culo tertio. Item arti^o q̄nto ad tertiu. Eandē cōclu-
sionem tenet p̄ma pte questione. 60^o. arti^o q̄nto
ad p̄mū. Et. 2^o. 2^o. questione. 26. articulo. 3^o.



Quantum ad se-
cundū articulū arguendū est cō-
tra conclusiones. Et quidē con-
tra primā arguit durandus. pbā
do q̄. p̄ vitādo malo culpe: null⁹
debet eligere penam inferni vel omnino nō esse.
p̄mo quia malum pene nūq̄s est necessariuz elige-
re p̄pter malum culpe vitandum: nisi quia sine eo
non potest culpa vitari: aut quia per tale malum
promouetur bonū virtutis et ipeditur malū vitij
oppositi. s̄ neutru istozū pōt dici de pena inferni v̄l
de pura nō entitate. ergo et c. maiorē supponit eē
pbatā in p̄cedētib⁹ dictis suis. minor pbat qz nul-
lū malū pene ē necessariū ad vitādū culpā: nisi il-
lud q̄s est materia virtutis opposite. sicut patet in
actib⁹ virtutū q̄ habēt p̄ materia aliqua penalia si-
cut fortitudo que est circa picula mortis vel mor-
tē inferētia. qz qui non agit fortiter quādo tēpus
incūbit: peccat. sed null⁹ pōt fortiter agere nisi su-
stinēdo tristia circa q̄ ē act⁹ fortitudinis. ergo ad
vitādū peccatū oppositū fortitudini: necessariū ē
penalia et tristia sustinere vel eligere. sed pena i-
ferni nō est materia alicui⁹ virtutis. de pura autē
non entitate constat: cum non esse et virtutes et
subiectū virtutis destruat. ergo sustinere penam
inferni vel omnino nō esse: non est necessariū ad
vitādū malū culpe. ¶ 2^o. pbat q̄ nec etiam sit
licitū eligere p̄dicta. quia nūq̄s maluz pene licite
eligit p̄pter maluz culpe vitandum: nisi quia est
p̄mouitū virtutis opposite. sicut licitū ē tristia su-
stinere fm corp⁹ in q̄ cōsistit malū pene: vt meli⁹
cōseruet bonū virtutis et p̄fectius euitet malum
oppositi vitij. et hoc modo licitū ē corp⁹ affligere
ieiunijs et vigilijs. p̄pter p̄motionē boni tēp̄antie
et repressionem vitij oppositi. p̄ter autē istos mo-
dos nūq̄s est licitū eligere malū pene. p̄ malo cul-
pe euitādo. s̄ pena inferni v̄l oīo nō eē: nō. p̄mo-
uet ad aliquā virtutē vt sic facili⁹ impediā vitium
oppositū. ergo eligere penā inferni vel oīo nō esse
nō ē in v̄llo casu licitū. ergo nec culpa ē eligenda
p̄pter vitādā penā inferni vel oīo nō esse. nec iste
pene vel defect⁹ sunt eligēdi. p̄pter vitādū malū
culpe. et ideo conclusio supponit falsum. supponit
enī vnū esse eligendū. p̄ altero vitando et querit
quid pro quo et tamē neutru ē. p̄ altero eligēdū.

Sed contra hoc ut dicit quidam dicunt quod predicta ratio impedit seipsam. quia si pena est eligenda ad vitandum culpam quando pena est materia virtutis opposite culpe: pena autem inferni ut dicunt quantum ad illud quod est ibi mere penalitatis: est materia virtutis. ergo ipsa est eligenda. assumptus probatur. quia pena recopensans deordinationem culpe: est materia iusticie punietis culpam pro penam. sed pena inferni est huiusmodi quia pro ea recopensat ex iusticia culpa commissa. ergo secundum rectam rationem si vigeret in damnato: deberet eligere sustinere penam inferni antequam sua culpa remaneret impunita. Istud autem non valet: quia nec est ad propositum nec est in se verum. ad propositum siquidem non est quia nos non quiritur utrum peccator existens in pena inferni iuste a deo sibi inflicta propter culpam ab eo commissam: debeat plus velle sustinere penam illam: quam sua culpa remaneat impunita vel econverso. sed querimus utrum vere contritus qui non est in illa pena necesse illius pene debitoz debeat vel possit licite velle sustinere penam inferni vel omnino non esse propter evitacionem culpe future et iminentis ex aliquatetatione. et hec secunda questio non est eadem cum prima nec una dependet ex alia. et sic illud dictum non est ad propositum. Item nec est in se verum quia iuste condennatus ad mortem temporalem: potest licite optare et velle quod non moriatur sed condonetur ei penitenti misericorditer pena mortis tam a parte quam a iudice. nec istud est contra iusticiam quod ex causa culpa sic remaneat impunita sed est actus misericordie. et eodem modo si damnatus penitere posset et optaret penam inferni sibi a deo misericorditer dimitti vel relaxari: non optaret contra iusticiam. nec deus si eam relaxaret faceret contra iusticiam sed secundum misericordiam. et ideo falsum est quod dicunt alii quod damnatus plus deberet secundum rectam rationem si vigeret in eo eligere sustinere penam inferni: quam culpa sua remaneret impunita. imo si in eo vigeret recta ratio non obstinatus in malo: deberet petere et optare quod pena inferni sibi remitteretur. Ad formam ergo rationis eorum dicendum est quod pena quando est materia virtutis circa quam actus virtutis necessario versatur et fugere penam est totaliter virtuti contrarium: sustinere talem penam est necessario eligendum. sicut est de pena quam sustineret fortis civis in rebus bellicis pro defensione rei publice. pena autem inferni non est hoc modo materia virtutis ut declaratum est. et ideo ex hac ratione non est eligenda. ergo et cetera. Si autem ampliaretur sic quod poneretur quod oporteret aliter incurrere culpam videlicet vel penam in-

ferni seu omnino non esse: an in casu isto deberet homo potius eligere sustinere penam inferni vel omnino non esse quam peccare vel econverso: et dicendum quod hec positio est impossibilis. quia pena pro cuius vitacione incurritur culpa et si non vitatur culpa incurritur pena: non potest sic se habere ad culpam ut si vitetur culpa necessarius sit incurrere penam. sed pena inferni est huiusmodi quia timore talis pene incurritur culpa. hoc enim pertinet ad timorem servilem ut homo omitat peccare ne incurrat penam gehene. ergo talis pena non potest sic se habere ad culpam: ut si vitetur culpa necessarius sit incurrere talem penam. quin potius opposito modo se habent quia si non vitatur culpa: incurritur pena. nec incurritur pena: nisi incuratur culpa. unde se habet sicut antecedens et consequens et non sicut opposita vel immediate disparata quorum unum oporteat inesse altero non inherente sicut ponitur pro hypothese. propter quod ipsa est impossibilis. nec est mirum si ex suppositione falsa et impossibili sequitur falsum et impossibile. et sic nihil conducitur verum aut possibile contra opinionem que dicitur quod propter vitandam culpam non est necessarium negligenter eligere penam inferni vel omnino non esse. Sed quidam homines dimittentem veritatem rei absolute: volunt gloriari de consequentibus logicis factis ex hypothese. Item predicta suppositio non solum est impossibilis sed incompossibilis hoc est includens contradictoria. et talis suppositio non debet fieri secundum aliquam artem et secundum eam possunt concludi contradictoria. sicut si ponatur quod homo non sit rationalis: sequitur quod homo non sit homo: quia per suppositionem non est rationalis: et sic non est homo cum rationale sit de intellectu et de intrinseca ratione hominis. et sic est una contradictio scilicet quod homo non sit homo. alia contradictio est quia sequitur quod homo sit rationalis ex quo est homo et quod non sit rationalis per suppositionem. quod autem predicta suppositio includat contradictionem patet. quia nullus potest peccare nisi volens cum dicitur peccati sit esse voluntarium secundum Augustinum. si ergo hominem non volentem peccare necessarium esset incurrere penam inferni vel omnino non esse ista necessitas proveniret ex parte infligentis tales penas: et hic est solus deus qui solus potest hominem annihilare et facere quod omnino patiat ab igne infernali. si autem deus poneret has penas infligere nolentibus peccare: quid aliud esset nisi quod deus diceret homini: aut tu peccab aut ego ponam te in inferno vel omnino annihilabo quod esset

inducere hominem ad peccandum ex timore pe-
ne cōminate. hoc autē non soluz est impossibile s̄
incōpossibile qz includit contradictionē. qz null⁹
conformādo volūtātē suā voluntati diuine volē-
do quod deus vult eum velle peccat. sed si deus
cōminatur has penas alicui infligere nisi peccaret
induceret eum ad peccanduz et sic vellet eū pec-
care. ergo homo faciendo hoc ad quod deus eū
induceret: non peccaret sed induceret eū ad pec-
candum. ergo non peccando peccaret quod im-
plicat clare contradictionem. Sed esto q̄ hee pe-
ne possent infligi a creatura puta ab angelo ma-
lo: adhuc dicendum q̄ propter eas vitandas nō
liceret peccare nec tamē liceret eas eligere ad vi-
tandum peccatum. ppter rationes prius dictas.
et si dicatur q̄ nisi peccaret incurreret has penas
concedatur tamē nō sustineret eas voluntarius
sed inuit⁹. si enim eas volūtari⁹ sustineret pecca-
ret. et est simile si quis maliuolus vult me occide-
re et occidoz ab eo inuitus: nō pecco. sed si vellez
occidi peccarem. ⁊ similiter est in proposito quia
ex hoc tollitur ratio peccati: q̄ tollitur ratio vo-
luntarij. propter quod non valet ista consequē-
tia. non est illicitum penā inferni sustinere vel oī-
nio non esse ne culpa incurra: ergo non est illicitum
eligere penā inferni vel omnino nō esse. ppter
culpam omnino vitandā. Confirmat quia il-
lud quod separat hominem a deo et ab ei⁹ visione
in perpetuum: nullo modo potest recte eligi qz
deus et visio dei debent summe amari et optari.
sed pena dāni separat a deo et ab eius visione in
perpetuuz. igitur illa pena nullo modo pōt recte
eligi etiā si milleies posset a creatura infligi. Itē
si aliquid moueret ad oppositū et p̄ conclusionē:
hoc maxime videret q̄ melius ē mala pati q̄ ma-
lo consentire et t̄. sed ad hoc dicenduz est q̄ hoc
est verum sub hoc sensu q̄ non est illicitum mala
pati si est ibi purum pati: quia omne illicitum cō-
sistit in actione. sed eligere mala pati cum non sit
puruz pati sed aliquo modo agere saltez quo ad
actum interiozem: nūq̄ est licitum. ppter malum
culpe vitanduz nisi sit ad hoc necessarium qd̄ est
quando tale maluz est materia virtutis vel sit p-
motiuum boni virtutis et valeat ad impediēduz
facilius vitium oppositum. quod non habet locuz
in pena inferni. Sed contra hoc dicunt quidā q̄
licet pena inferni pro tempore quo infligitur nō
promoueat ad bonum virtutis nec similiter om-
nino non eē quin potius destruit subiectuz ⁊ om-
ne bonum: tamen pro tempore electionis pmo-
uent. quia electio est virtuosior quando aliquis
tanta mala eligit ne faciat contra virtutem. exē-

plum de forti qui eligit mori propter bonum rei-
publice. sed istud non probat q̄ pena inferni vel
omnino non esse debeat eligi ad vitandum mor-
tale nisi sub condicione. s. si oporteret alterum in-
currere. hec autem positio impossibilis et incom-
possibilis est vt declaratum fuit. sed posito q̄ est
possibilis: adhuc argumentum nō valet. quia mi-
nor propositio est falsa. quia fortis fm fortitudi-
nem virtutis moralis: nūquāz debet eligere mor-
tem ad vitandum vitium oppositum fortitudini:
maxime quando post mortem non speratur alia
vita sicut Aristoteles et alij gentiles non speraue-
runt. sed sufficit ad virtutem fortitudinis mora-
lis q̄ fortis eligat virtuose agere in rebus bellicis
propter bonum rei publice non obstante timore
mortis qui est in talibus periculis. ita q̄ si incur-
rat mortem: incurrat inuitus ⁊ non ex electione.
quia ex parte eius non erit pro tunc voluntariuz
simpliciter neq̄ mixtum: sed est pura passio que
fm se non est virtuosa sed solum ratione antecē-
dentis. quia propter timorem mortis qui quan-
doq̄ contingit in factis bellicis non omisit se vir-
tuose exponere pro d̄fensione rei publice. et si for-
tis eligat mori: electio non est virtuosa imo est
vitiosa vt postea patebit. neq̄ similiter pena in-
ferni et omnimoda non entitas non solum quā-
do infligerentur non promouent ad virtutem
sed si preeligerentur redderent electionem vi-
tiosam. hec ille in forma. **C**ontra secundam
conclusionem arguit idem durandus probando
q̄ distinctio ibidem facta non valeat dicens. cul-
pa quatenus est dei offensiva et peccanti nocua
ratione pene culpe debite: sunt vnum et idem in-
ter que non debet poni distinctio. quod proba-
tur sic. quia ira et offensa non dicitur in deo fm
affectum sed fm effectum in q̄^m insert penaz et se-
parat. ergo offensa dei nō est nisi pena infligenda vel
infligenda peccatori. et sic in idem coincidit offē-
sa cum pena. sed inter talia non cadit distinctio.
ergo culpa non est magis odienda quatenus of-
fensa dei: q̄ ratione pene per quā est nocua pec-
catori. Sed contra hoc arguunt vt dicit quidam
probare nitētes q̄ offensa dei est aliud realiter q̄
pena peccati. dicunt enī q̄ offensa potest dici ac-
tiue vel passiue quando vnus offendit alium. s.
ex parte offendentis et ex parte offensi. offensa
enim offendentis nihil aliud est q̄ illud p quod
offendēs displicet offenso. s. aliqd̄ dictū vel factū
vel omissio alicuius debiti fieri quod displicet of-
fenso et maxime quādo talis displicētia ē ibi que
tollit amicitia offēsi ad offendētē et merito debe-
at inducere inimicitia opposita. offēsa autē passiue

dicta ex parte. scilicet illius qui offendit: nihil aliud est
 quod displicentia quam merito debet habere offensus
 iniuria illata ab offendente: secundum quam dicitur quod simili-
 liter sunt odio impius et impietas eius. impietas
 secundum se: impius autem ratione impietatis. Probatur
 ergo primo quod impossibile est quod offensa active dic-
 ta sit idem quod pena. quia offensa active dicta est il-
 lud per quod offendens meretur penas. sed pena non est
 meritum pene. quia siue in bonis siue in malis: illud
 quod retribuitur pro merito non est idem cum merito. ergo
 et cetera. Quod autem offensa passive dicta secundum quam dicitur
 offensus offendi et hoc in comparatione ad de-
 um: et pena qua offendens punitur non sunt idem: probatur
 tripliciter. prima est quia illa que possunt esse sine
 se inuicem: non sunt idem. sed sic est de offensa dei et pe-
 na peccatoris. ergo et cetera. maior patet de se. minor
 probatur. scilicet quod pena potest esse sine offensa et offensa si-
 ne pena saltem per eodem instanti quod dico ideo quia licet
 nunquam posset esse pena nisi esset offensa dei: nec of-
 fensa dei quin sequatur aliqua pena: tamen potest esse
 pena per aliquo tempore per quo non est offensa et econ-
 uerso saltem in actu. quod faciliter patet primo quod ad
 hoc quod pena possit esse per aliquo tempore per quo non est of-
 fensa. et hoc patet dupliciter. primo quia ablata offe-
 sa per contritionem adhuc manet pena quam pecca-
 tor contritus soluit. ergo et cetera. secundo quia deus non so-
 lum puniunt illum qui offendit penam exterminantem: sed
 etiam pena emendante et iam deo reconciliato satisfac-
 iente. sed talis pena infligitur ablata offensa. er-
 go impossibile est quod offensa dei et pena sint idem.
 et sicut probatur est quod pena potest esse sine pena: ita quod
 non oportet existere offensa quod statim sit pena: quia
 statim quando peccator peccat est offensa: sed non
 statim est pena. ergo et cetera. Secundo probatur idem ex
 comparatione offensa ad penam sic. quia offensa dei
 aut est displicentia dei de peccato: aut voluntas
 pena inferendi. sed neutrum istorum est pena. ergo
 offensa non est pena. maior patet de se. minor pro-
 batur. quia displicentia de peccato importat actus
 voluntatis dei. sed actus voluntatis dei non est pena.
 ergo et cetera. Tertio quia doctores communiter dicunt quod
 damnato displicet peccatum non ratione offensa diuine
 sed ratione pene. sed hoc non esset si offensa diuina
 et pena esset idem. ergo et cetera. hec autem friuola sunt.
 quia illa distinctio de offensa active dicta et passi-
 ue: solum habet locum in illis in quibus est offensa pro-
 prie dicta que est motus animi ad displicentiam. in il-
 lis enim illa displicentia per quam homo est forma-
 liter offensus dicitur offensa passive: quatenus est
 ab alio causata. et illud dictum vel factum ex quo
 causatur talis displicentia: dicitur offensa active
 quia est causa talis displicentie. et in talibus offen-

sa active dicta: non est pena sed meritum pene ut
 isti bene dicunt quantum ad hoc. nec offensa passive
 dicta est pena: sed est motus animi secundum displicentiam
 et sunt separabilia per aliquo tempore. in deo autem non
 est offensa proprie quia in eo non est motus animi ad
 displicentiam causat ex aliquo malo dicto vel fa-
 cto nostro: sed omnino similiter se habet in se si-
 ue peccemus siue bene faciamus. et per consequens
 respectu dei nulla est offensa active dicta quia om-
 nis actio respondet passioni et e contra. sed dicitur
 deus iratus vel offensus: solum metaphorice et per
 similitudinem ad hominem quid dicitur offensus ab alio
 quando vult ei infligere penam et infligit quando
 punit. et similiter deus quia punit peccatorem inflige-
 do penam: dicitur ei offensus vel iratus. ita quod offe-
 sa nec est in deo passive nec in nobis active respectu
 dei: sed est denominatio metaphorica ratione so-
 lius pene quam infligit peccatori. et ideo primum ar-
 gumentum quod preedit de offensa dei active vel pas-
 siue dicta: non est ad propositum. Ad secundum dicendum
 est quod offensa dei nec est displicentia de peccato nec
 voluntas infligendi penam: sed est sola denominatio
 metaphorica sumpta a pena quam deus infligit ex si-
 militudine pene quam homo iratus vel offensus al-
 teri infligit eidem. Ad tertium dicendum quod verba do-
 ctorum non semper sunt facta alia nec propria. quia si prope
 loquamur in hac materia: dicimus quod damnatis dis-
 plicet eorum culpa ratione pene et non quia est con-
 tra rationem vel contra mandatum diuinum. sed ex
 hoc non offendit deus nec irascitur. hecille. Contra
 tertiam conclusionem arguit durandus probando quod
 loquendo de fortitudine pure morali de qua tra-
 ctauerunt philosophi qui ignorauerunt aliam vitam
 futuram post istam: licet fortis non debeat recede-
 re ab opere virtuoso timore mortis: nunquam tamen li-
 cet ei eligere mortem per defensionem reipublice vel
 in quocumque alio casu qui ad presens occurrat. Ad
 cuius evidentiam sciendum est quod sicut dicitur. 8. etibi.
 amabile quidem bonum unicuique autem proprium. et secundum
 hoc in bonis que dicuntur amari et eligi: accipitur gra-
 dus dupliciter. vno modo secundum quantitatem boni
 quia maius bonum magis est eligendum ceteris pa-
 ribus. et ideo cum bonum anime sit potius bono
 corporis et bonum corporis bonis exterioribus: bo-
 na anime sunt preeligienda bonis corporis et illa bo-
 nis exterioribus: et mala opposita sunt magis odi-
 enda et fugienda. Alio modo potest accipi gradus
 in bonis diligendis et eligendis ex parte hominis
 quia proprium bonum magis est diligendum et elige-
 dum quam extraneum: sicut quilibet tenet plus dilige-
 re se quam alterum. et ideo amabilia que sunt ad alterum
 venerunt ex amicabilibus ad seipsos. dico autem bonum
 extraneum

extraneū et nō cōmune: qz in bono p̄muni indu-
dit formaliter bonū p̄p̄iū. sicut in bono totius
corp̄oris inducit bonū partis. cuius enī pars ē
ciuitatis. et ideo cuius pl̄ debet diligere bonū ci-
uitatis q̄ bonū suū solū. et pl̄ velle q̄ cōseruet
bonū toti⁹ ciuitatis: q̄ solū bonū suū in duso bo-
no suo in bono ciuitatis. sic enī diligēdo bonū
ciuitatis: diligit bonū suū et bonū aliorū quod ē
meli⁹ q̄ diligere bonū suū solū. bonū aut̄ extra-
neū voco bonum p̄sone p̄uate vel reipublice cu-
ius homo nō est pars. sicut respectu cuius parisiē-
sis bonū extraneū ē bonū cuius tholosani et etiā
bonū ciuitatis tholose. et vtrūq̄ bonū debet ci-
uis parisiēsis minus diligere q̄ bonū suū. p̄p̄iū.
cū enī diligere aliq̄ sit velle ei bonū: sicut quili-
bet homo tenetur plus diligere seipsum q̄ aliū
hominē vel quācūq̄ cōmunitatē in qua ip̄e non
includit: sic tenetur plus velle bonū sibi q̄ alicui
de p̄dictis. et plus fugere malū suū. p̄p̄iū q̄ ma-
lum cuiuscūq̄ extranei. et plus debet displicere
illi q̄ peccauit peccatū suū: q̄ peccatū cuiuscūq̄
alterius p̄sone p̄uate vel omnium aliorū. et sicut
est in malis culpe: sic est in malis pene ceteris pa-
ribus. Ex his arguitur ad p̄positū p̄mo sic. elec-
tio p̄ quā eligitur malū maximū. p̄ aliquo bo-
no ad cui⁹ cōseruationē nihil penitus p̄dest sed
poti⁹ obest: non est virtuosa sed magis vitiosa.
istud patet qz cum electio sit corū que sunt ad
finem: si illud quod eligitur non p̄sit ad cōse-
cutionem finis sed potius noceat: talis electio est
fatua nec ē fm̄ p̄udētā q̄ facit electionez rectā.
sed electio mortis q̄ est maximū malum fm̄ nō
credētes aliā vitā: nihil facit ad p̄seruationē rei-
publice sed poti⁹ nocet. ergo talis electio nō est
bona nec virtuosa. maior iā patet. sed minor p̄-
bat. qz cum bellū suscipit p̄ cōseruationē rei-
publice: ad hoc p̄ficiat et p̄ducit bellū cum victo-
ria. p̄ hoc enī cōseruat̄ respublica: q̄ ciues pug-
nat̄ fortiter cōtra hostes et eos vincit. mors aut̄
vnius cuius vel pluriū magis impedit victoriāz
q̄ p̄moueat. et ideo q̄uis fortis debeat eligere
fortit̄ pugnare. p̄ defensionē reipublice nō obstā-
tib⁹ periculis q̄ sunt in reb⁹ bellicis: non tñ debet
eligere mori s̄z oppositū. et si mors cōtigat: debet
ei displicere tāq̄ nocua sibi et reipublice. ¶ Con-
firmat. qz simile ē de vno ciue et de quolibet alio
et de oibus simul. sed nihil ē dictū q̄ omēs ciues
debeat eligere mortēz p̄o defensionē reipublice.
qz cū res publica p̄ncipaliter cōsistat i vita ciuiū
mors eorū non ē cōseruatio reipublice s̄z totalis
destructio. et mors cuiuscūq̄ est ei⁹ diminutio.
vñ mors cuiū vni⁹ vel omnium: non p̄mouet nec

cōseruat̄ reipublicā sed subuertit vel minuit. Itē
et redit i idē. null⁹ aggrediēs bellū sub spe victo-
rie: eligit mori in bello: qz nō stāt simul in eodez
mors et victoria. sed omnis virtuosus aggredi-
ens bellū p̄o defensionē et cōseruationē reipu-
blice: aggreditur ip̄m sub spe victorie qz aliē nō
pōt defendi nec cōseruari. ergo talis non eligit
mori. ¶ 2.º. p̄ncipaliter ad p̄positū arguitur.
qz fm̄ beatū Augustinū de trinitate: omis recte
eligēs efficit̄ melior quādo illud assequit̄ quod
recte eligit. qz electio recta nō est nisi de vere bo-
no nōdū habito vel minori malo quādo oportet
ip̄m vel maius incurre. assecutio autē veri
boni: reddit hoīem meliorē. vitatio etiāz maio-
ris mali p̄ min⁹ malum: reddit hominē min⁹ ma-
lum. et sic assecutio eius qd̄ recte eligitur: reddit
hominē meliorē vel min⁹ malū q̄ ēēt si nō asse-
q̄ retur qd̄ eligit. sed q̄ assequit̄ mortē nō credens
vel nec sperās aliā vitā: non efficitur melior nec
min⁹ mal⁹ q̄ esset si viueret qualiter cūq̄ qz effi-
citur oīo non ens fm̄ opinionē quā habuerunt
p̄hi gētiles de morte. ergo talis mors nō potest
eligi fm̄ rectā rationē. sed omis electio virtuosa
fm̄ rectam rōnē est. ergo p̄ nullā virtutē pure
moralē pōt recte eligere mortē. et si cōstaret ciui
b⁹ vel si p̄babiliter crederēt q̄ morerētur in bel-
lo: nō debēt se exponere. virtus enī fortitudinis
pure moralis ē circa timores et audacias vt pa-
tet. 3.º. ethi. neutrū aut̄ istoz est circa picula cer-
ta seu q̄ certitudinaliter inferūt mortē. de malo
enim qd̄ est vel estimat̄ in euasibile: nō est timor
sed tristitia quia iā estimatur q̄ si p̄sens. au dacia
etiā est cū fiducia euadēdi. p̄pter qd̄ virtus for-
titudinis q̄ est circa timores et audacias: nunq̄
est circa picula de quibus estimatur certitudina-
liter q̄ inferāt mortē. et multo minus virtus for-
titudinis pure moralis cōsistit in electione mor-
tis nec habet eā adiunctā. secus ē de fortitudine
adiuncta fidei cuiusmodi fuit in martirib⁹. ¶ 3.º.
ad p̄ncipale. quia rō partis oppositē dicēs q̄ bo-
nū cōmune p̄ferēdū est bono p̄uato: non valet.
quia bonū cōmune non ē p̄ferēdū bono p̄uato
nisi quādo in bono cōmuni includitur bonū p̄-
p̄iū. alias bonū cōmune ē extraneū nec ē p̄ferē-
dum bono p̄p̄io. et cui⁹ cōcludit̄ vlt̄erius q̄ p̄o
cōseruationē boni cōmunis in quo includit̄ bo-
nū p̄p̄iū debet homo exponere vitā suā: verūz
est etiā q̄ debet exponere piculo de quo p̄sumit̄
verisimiliter possibilis euasio et defensio reipu-
blice. q̄ autē p̄pter hoc debeat eligi mors: non ē
verū quia hoc nō p̄desset cōseruationi reipubli-
ce sed poti⁹ obest. ¶ 4.º. quia illud qd̄ addu-

atur de p^{ho}. 8^o. ethi. dicēte q^d p^r amicis oportet multa pari z^o mori si oporteat. sed plus tenetur aliquis diligere cōmunitatē q̄ p^ratos amicos. ergo p^r bono communi debet hō eligere mori si necessē sit z^o. hoc in quā nō obstat sed potius cōfirmat p^rpositū n^rm. quia cōstat q^d nullus debet diligere amicū plus q̄ seipm. et ideo null^o debet eligere mori p^r cōseruatione vite amici. sed debet facere illud q^d p^rinet ad rōnē amicitie. z^o si ex hoc sequitur mors: nō sequit^r ex electione sed casualiter. nec solū exponit se hō licite piculis mortis p^r defensione reipublice vel amici: sed etiaz p^r defensione bonoz suoz tēporaliū. et tū null^o sapiēs diceret q^d hō virtuose eligeret mori p^r cōseruatione bonoz suoz tēporaliū. hec ille.



Quātum ad ter-

tium articulum p^{mo} notādum est q^d circa titulū q̄stionis sex cōclusiones formari p^{nt}. p^{ma} ē q^d nullū malum culpe eligēdum ē p^r vitando alio malo culpe vel pene. z^o huius rō est q^d nihil eligēdū ē nisi q^d recte rationi concordat. sed quod cūq^{ue} maluz culpe a recta rōne discordat eo ipso q^d ē malum culpe. ergo nullo mō recte eligēdum ē. implicat enī contradictionē q^d aliquid discordās a recta rōne sit recta rōne eligēdūz nec fm se nec p^r quocūq^{ue} malo vitādo. nā in eo q^d ponitur discordās a recta rōne: ponitur eē illicitum. in eo vero q^d ponitur esse recta rōne eligēdū: ponitur esse licitūz. z^o ita ponitur idē simul eē licitūz z^o illicitū. ¶ Si quis vero dicat q^d rō dicta p^{bat} nullūz malum culpe eē propter se eligēdum nec p^r vitādo malo pene: s^z non p^{bat} q^d minus maluz culpe nō sit eligēdum p^r vitādo maiori malo culpe vt mēdaciūz p^r vitādo adulterio: respondemus p^{mo} q^d cum peccatū includat p^r se z^o intrinsece rōnē illiciti: nullo mō pōt sibi cōuenire ei^o oppositū. s. eē licitū. sicut ipossibile ē q^d aial sit aliquo mō insensibile eo q^d derōne eius p^r se z^o intrinseca sit eē sensibile. ac p^r hoc nec p^ro vitando maiori malo culpe nec quomodo cūq^{ue} aliter: malū culpe ē eligēdū. Respondemus secūdo q^d cū nullū malū culpe sit fm se eligēdūz eligere vel cōmittere min^o malū culpe p^r maiori malo culpe vitādo: nō posset p^rtingere nisi quia necessariū eēt alterum illoz eē eligēdum. s^z hoc in nullo casu cōtingere pōt. nō enim dabilis ē casus in quo necessariū sit aliquod malum culpe p^rmittere. nā cū omis culpa fm p^rziā rōne sit voluntaria ita q^d si non ē voluntaria nō sit culpa iuxta dictum augustinū: cōsequēs est q^d nulla culpa

turalis non est scripta in codice sed impressa in mente: sic dictamē rationis quo scitur in quo casu lex non astringit cum sit quedam legis interpretatio potest dici dispensatio. et quia est mentia deo impressa ideo vocatur diuina dispēratio. et sic exponit ipsemet innocentius dictum suū. s. quid intelligat per reuelationem dicens q̄ quandoq̄ mos interdum etiam fas censetur. vt fas referatur ad causam p̄pter quam licuit. mos vero ad consuetudinem obtentā supposita causa. ¶ 6^o. confirmatur predicta opinio ab alijs. quia licet ex causa renūciare iurisuo nō minus in parte q̄ in toto. sed per hoc q̄ vir emittit votū castitatis in totū p̄iudicat̄ alteri. sed p̄ hoc q̄ contrahit cum secūda solum in parte. ergo si de licētia eius et cōsensu licet emittere votū: sicut pari consensu matrimonia emiserunt p̄pter bonū castitatis: pari ratione p̄pter sterilitatem vxoris vel multiplicationem humani generis de licētia p̄ime vxoris licuit accipere secundam. ¶ 7^o. ad idē. quia sicut est contra legem nature supinducere secundam: sic et eijcere castam. sed abrahā voluit eijcere agar suadente sara. nec superinduxisset agar nisi angelo reuelante et illud est scriptum. nihil autē est plus scriptum d̄ sanctis patribus habētibus plures vxores nisi q̄ consentiētib⁹ p̄imis p̄pter sterilitatē alias ducebant. sicut abrahā rogatu sare duxit agar. et sicut iacob ad rogatū p̄marū illarū ancillas duxit sic et de alijs. nō est autē scriptū: dixit dñs ad abrahā audi vocem sare ingrediendo ad agar. ergo et c̄. ¶ 8^o. quia quod nulla lege est prohibitum potest esse consuetudine licitum. istud autē est huiusmodi. et tūc mos erat crimē nō erat vt augustinus dicit. ¶ 9^o. arguitur ab alijs q̄ ex pape dispensatione liceat alicui habere duas vxores simul. q̄ hoc esset omnino cōtra rōnem si quis diceret q̄ si cut papa dispensat in solēni voto continētie p̄ bonum cōmune sicut dispensatum fuit cum quodā monacho de genere regis aragonū vt contra heret. p̄pter defectū heredis: sic dispensare potest vt p̄ncipis habens vxorem sterilem de qua non posset suscipere prolem: ea viuente et consentiente acciperet aliam. nec minus est contra ius naturale et diuinum non soluere votum q̄ pluralitas vxorum. quia et si vtrūq̄ cadat sub p̄cepto: nō tamen indispensabiliter. ¶ Contra secundā conclusionem arguit scot⁹ p̄bando q̄ ratio non valet assignata cur votum solēne impediatur matrimonium plusq̄ votum simplex: quia. s. per votum solēne dat aliquis ius in se et c̄. quia licet illa ratio sit probabilis: tamen habet instantiam. quia votuens in voto p̄iuato dat corpus suū deo quātūz

Distinctionis. xxiiij. et nouē sequētū.

ad actum voti. ergo non possz postea dare corp^o suum coniugi ad actū prariū. non enim min^o transfert a se illud qđ dat immediate deo qđ si mediante homine vicario. Si dicat qđ de^o noluit vti potestate corpis immediate sibi dati vt simpliciter datio sequens ad cōiugiū nulla esset: voluit autē sic esse datione sibi facta mediāte homine. sed hoc nō valet. qz scriptura nō exprimit illaz voluntatem dei nec illā volūtatez ei^o. Nec valet si dicat qđ vouēs solēniter mittit in possessionē illū cui vouit: nō autem vouēs puate sed quasi pmittit. sed contra qz omnia intrinseca voto vt respiciat actū voluntatis per quē obligat se vouēdo z trāffert dominū suū in alterū. qz p solā volūtate est dñs. et trāffert dominū omnia in quātū illa sunt equalia hinc idē. ergo non magis est datio hic qđ ibi vel sola pmissio hic qđ ibi. ¶ Cōtra tertiā cōclusionē arguit aureolus impugnādo quod dā dictū ibidē contētum in virtute vel saltē apparenter. s. qđ papa vel ecclesia non pōt votū solēne continētie relaxare. et arguit sic. quia votū non esset actus latrē nisi sit rōnabiliter et licite factus. non pōt ergo interpretatio voti vergere in p̄iudiciūz cōmunitatis vel salutis vouētis. et si votū ppter talē rationē non tēnēat: et eadē causa pōt votū cōmutari sicut votum peregrinationis in votū religionis. sed hoc nō debet fieri p̄a auctoritate: s̄ ad illū p̄tinet cōmutatio ad quē p̄tinet interpretari quid sit mai^o vel minus bonū cuiusmodi est papa vel p̄lat^o. et ratio est quia in voto est obligatio z cōtract^o inter deū et homines. cōmutatio ergo debet fieri de cōsensu cuiuslibet partis. locū autē partis dei tenet dei vicarius papa et p̄latus in ordine ad suū subditum. ¶ C^o 2^o. quia frequēter factū est qđ talis dispensatio est ppter mai^o bonū. qz maius bonū est p̄ christiānitatis vel p̄motio fidei et similia q̄ consequuntur quādoqz ex istis dispēsationibus: qđ cōtinentia cuiuscūqz. nā p̄tinetia nō habet bonitatez ex se sed ex circūstātia: quia ex cōtinetiā intellect^o vigoratur ad contēplationē veritatis z diuinorū. item quia cōtinentia est bonū p̄iuatū quod non est tantū bonū sicut bonū cōmune. hec ille. ¶ C^o 3^o. ad idē arguit durandus. quia huic dispensationi nō obstat nisi excellentia materie si non posset fieri recompensatio: vel solemnitas adhibita. sed neutrum istorum potest obstare. ergo et c. minor p̄batur quo ad vtrāqz partem. et quidē qđ p̄mūz non obster ostenditur. fuerunt enim quidaz dicētes qđ in voto continētie non potest dispensari ppter excellentiam materie. quia omnis dispensatio in voto requirit compensationem. sed continētia non pōt per bonum aliquod compensa-

ri s̄m illud quod habetur Ecclē. 26. non est digna ponderatio anime cōtinentis: et quia per eam triumphat homo de hoste domestico: et p̄fecti^o cōformatur homo xp̄o quantū ad puritatē mentis et corpōis. ergo in voto continētie non pōt dispensari. ppter defectūz cōpensationis. sed istud nō valet. quia virginitas vel continētia non est aliquid bonū s̄m se sed solū medicina contra impudentia liberaz contemplationem diuinorū q̄ remouet. ad hoc enīz ordinat vt patet per apostolum 1^o Corin. 7^o. ex hoc sic arguitur. finis est melior his que sunt ad finem. sed contemplatio est finis virginitatis vel continētie. ergo est aliquid melius vtroqz. ergo cum possit dispensari in voto cōtemplationis vel orationis non obstante ei^o dignitate: fortiori ratione potest dispensari in voto continētie. Nec obstat quod dicat qđ non est digna et c. quia hoc est verum de bonis exteriorib^o vel corp̄alibus pertinentibus ad p̄iuatā p̄sonaz. sed bonum sp̄iale vel bonū cōmune gentis vel regni preponderat bono continētie. magis etiā conformamur dō per bonū contemplationis qđ pertinet ad animā qđ per bonū continētie qđ p̄tinet ad corpus. patet ergo p̄ma pars minoris qđ votū continētie non est indispensabile rōne materie. Quā autē non sit indispensabile ratione solēnitatis quod fuit secunda pars minoris probat. vbi sciendum qđ quidā dicunt qđ tale votū est indispensabile ratione solēnitatis. quia sicut habetur Levitici vltimo: quod semel sanctificatum est domino non potest in alios v̄sus cōmutari. sed p̄ solemnem votum continētie saltem in religionis p̄fessione et sacri ordinis susceptione: sanctificatur quis domino: et semel sanctificat^o semper manet sanctificatus. ergo non pōt deputari ad alios v̄sus et maxime contrarios vt est v̄sus matrimonij. maior patet ex auctoritate allegata. minores declarant quantū ad vtrāqz sui partem. quia solēnitas adhibetur vnicuiqz rei s̄m illius rei conditionem. sicut solēnitas militie consistit in apparatu equorum et armorum et concursu militum qz hoc militie congruit. et solēnitas nuptiarum consistit in ornatu sponsi et sponse et conuentu amicorum que nuptijs congruant. et similiter cuius votum sit p̄missio deo facta: solēnitas voti accipitur s̄m illud sp̄ituaie quod ad deum pertinet. s. s̄m aliquam specialem benedictionem vel consecrationem: quorum vtrūqz sit in professione certe regule et sacri ordinis susceptione. sic autē consecratus nūquāz consecrationem amittit quādiu manet quia in rebus inanimatis idēz patet. calix enī semel cōsecratus quādiu manet integer semp

remanet consecrat⁹: nec est in p^rate prelati cuius-
 cūq; q^o semel cōsecratū desinat esse cōsecratuz. et
 sic patet minoz. p^r vtracq; parte. sequit^r ergo cōclu-
 sio. s. q^o cōsecratuz dño p^r solēne votum continen-
 tie non pōt p^r quēcūq; prelatus ad vsus matrimo-
 nij deputari. hoc tamē interest vt isti dicunt inter
 solēnitatē voti p^r susceptionē sacri ordinis et p^r p-
 fessionem religionis. quia solēnitati ordinis non
 est annexū votum cōtinentie essentialiter sed so-
 lum ex statuto ecclesie q^o votuz continēt se habz
 ad eam accidentaliter et ecōtra. et ideo in tali vo-
 to pōt dispēsari per ecclesiam nō obstante conse-
 cratione cui non cōiungit^r votum p^r se. sed votum
 cōtinentie essentialiter est statui religionis p^r quem
 homo totaliter renūciat seculo dei seruitio māci-
 parus. q^o non pōt stare simul cuz matrimonio in
 quo incumbit necessitas p^rcurande vxoris et pro-
 lis et familie et rerū que ad hoc requirunt^r. et ideo
 cōsecratio q^o fit in p^ressione religionis habet esse-
 ntialiter annexū votū cōtinentie. p^rpter q^o sicut
 non pōt fieri q^o semel consecrat⁹ deo per p^ressio-
 nem religionis nō maneat consecratuz: sic nō po-
 test fieri q^o post votuz cōtinentie tali benedictio-
 ne consecratū p^ressus possit transferri ad contra-
 rium actū matrimonij. sed quicqd sit de ista con-
 clusione: ratio tamē ista nō cogit. Quod enī dicit^r
 in maiorz q^o illud q^o semel est dño cōsecratuz
 non pōt in alios vsus cōmutari: verū est passim et
 indifferenter: potest tamē in casu pro magna ne-
 cessitate. vnde dauid et qui cum eo erāt comede-
 runt panes domino consecratos nec peccauerūt
 quia necessitas excusauit eos vt habet^r p^r Reguz
 21. et hodie si quis laicus periculose sitiret ne ha-
 beret cum quo biberet nisi cum calice consecrato
 non peccaret si in eo biberet. et si in talibus excu-
 sat necessitas personalis: fortioz ratione vtilitas
 cōmunis. et similiter videretur dicendum in p^rpo-
 sito q^o consecratuz domino per votum continen-
 tie solēnitatum: posset dispensatiue tradi ad ma-
 trimonium. p^rpter bonū cōmune. Quod etia3 dicit^r
 in minorz q^o propter solēne votum continen-
 tie consecratur quis domino: posset dici q^o illa cō-
 secratio que fit in sacri ordinis susceptione et p^r-
 fessionem religionis omnino per accidens se habet
 ad votum cōtinentie. et hoc ipsi concedunt de
 cōsecratione que est in susceptione sacri ordinis.
 Idē etiam videretur de benedictione que est in p^r-
 fessione religionis. quia ad professionez nulla be-
 nedictio ex necessitate requiritur: sed solum emis-
 sio voti in manu prelati et que si nulla attendere-
 tur benedictio vera esset professio et q^o obligaret
 apud deum et homines sicut habita benedictio-

ne. quemadmodum dicitur d^r eo qui manet in re-
 ligione anno p^rbationis transacto qui reputatur
 vere professus absq; benedictione aliqua. quan-
 do etiam benedictio additur: illa magis respicit
 bonum vel votum obedientie q^o cōtinentie q^o
 est benedictio habitus qui est signum q^o deferen-
 tes similem habitum viuunt in simili obedientia.
 propter quod videtur q^o sicut potest dispensari in
 voto cōtinentie solēnitato per susceptionez sa-
 cri ordinis: ita quando solemnizat^r per professio-
 nem religionis. ¶ 2^o. ad idem. q^o enim solēniza-
 tio voti non obstat quin tale sit dispensabile: pa-
 tet considerando quid solēnitas addat ad votū.
 addit enim solum quandam perfectionem acci-
 dentalem. sicut enim in sacramentis et ceteris re-
 bus differunt ea que sunt d^r necessitate ab his que
 sunt de solēnitate: ita in votis. vtrobiq; enim res
 est perfecta essentialiter exclusa solēnitate. ita q^o
 solēnitas non addit nisi quendam decorem acci-
 dentalē. cum ergo votum sit essentialiter quedaz
 promissio ac per hoc quedam obligatio: quicqd
 obligationis est in voto: totum est ibi exclusa so-
 lemnitate. est autem in voto duplex obligatio.
 vna solius promissionis post quaz res non debz
 alteri tradi: et hec sola est in voto simplici. alia est
 promissionis et traditionis rei promissæ post quā
 res non potest alteri tradi cum primus iam sit a-
 deptus dominiuz rei: et hec est in voto perfecto.
 essentialiter enim perficitur votum cum sit q^o daz
 promissio: in hoc q^o res promissa tradit^r. et ex hoc
 habet votum q^o dirimat matrimonium iam con-
 tractum etsi nulla solemnitas additur. que quan-
 do additur nihil obligationis addit sed solū quē-
 dam decorem. ex quo sic potest argui. illud sine q^o
 votum est essentialiter perfectuz nec addit voto
 aliquam obligationem: non impedit quin in vo-
 to possit fieri dispensatio. sed solēnitas voti ē hu-
 iusmodi vt declaratum est. ergo non impedit qui
 in voto cōtinentie quantūcūq; solēnitato pos-
 sit dispensari. ¶ 4^o. ad principale arguitur. quia
 fm bernardum: quod pro charitate institutum ē
 contra charitatem non debet militare. sed si non
 posset dispensari in solēni voto cōtinentie: tunc
 aliquando militaret contra charitatez sicut quā-
 do pro dispensatione pax vnius regni posset ac-
 quiri. ergo in tali casu posset dispensari. ¶ 5^o. ar-
 guit petrus de palude probando q^o papa possit
 dispensare in solēni voto religionis. quia qua ra-
 tione obligatio ad actum matrimonialem non ē
 essentialis matrimonio: eadem ratione obligari
 ad castitatem non est essentialiter ad religionem.
 sed sicut in matrimonio est ipse contractus tran-

Distinctionis. xxiiij. et nouē sequētū.

fiens ex quo causatur vinculum quod est essētia-
le matrimonio ad quod cōsequitur obligatio ad
reddendum debitū et ius petendi quasi actio: sic
in religione est ipsa professio quasi contractus fa-
cti transiens ex qua innascitur vinculum ad ipsam
religionem. per quod quādiu uiuit dicitur religio
sustalis religionis sicut coniūx talis coniūgis. ni-
si q̄ vinculum matrimoniale est quedāz vera res
absoluta vel respectiua sicut character et ornat⁹
in alijs sacramentis. vinculū autē religionis nō
est res sed relatio rationis sicut esse consecratum
in calice vel altari. Item ipsam essentiam religio-
nis cōsequitur obligatio ad actus religiōis etiā
positiuos vt est obedire: et priuatiuos vt est non
habere propriū et non vti coniugio. sicut obliga-
tio ad actum coniūgij sequit̄ vinculū coniūgij. ni-
si q̄ in matrimonio obligatio est firmata de iure
diuino: non solū fm se sed fm q̄ est accessoria sa-
cramenti a deo instituti. sed obligatio ad ea que
sunt religionis est quidem d̄ iure diuino fm se qz
dicit: uouete et reddite dño deo vestro. et nō ra-
tione eius quod sequit̄ quod nō est sacramentūz
sed quedā cōsecratio ab homine adinuēta. sicut
nō vti calice ad vsus pphanos fm se supposita cō-
secratione est d̄ iure diuino quia phibet sancta p
phanari: sed nō ratione consecrationis q̄ est per
hominē. ita q̄ sicut papa pōt dispēsare vt calix vē
datur etiam nō cōflatus: sic et q̄ monachus ma-
nens monach⁹ vxoretur. quia supra votum sim-
plex non fit per professionem nisi quod est positiu-
um. sed in voto simplici pōt papa dispensare. er-
go et in isto ratione voti. sed obligationē put est
ex sacramento ecclesie pōt ipse remittere. ergo et
totalem. ¶ 6°. q̄ papa possit dispēsare in voto cō-
tinentie solēnizato per pfessionē sic q̄ matrimo-
nium postea contractū teneat: arguit. quia papa
statuit illud quod ipse cum vult destituit. vnde si-
cut pōt facere q̄ matrimoniū teneat in gradu ab
ecclesia phibito: ita et q̄ teneat post pfessionem
cui⁹ solēnitas est p ecclesiam instituta que facit ta-
les psonas inhabiles. non enī substantia voti fa-
cit psonam illegitimā q̄ est a iure naturali vel diui-
no: sed solēnitas q̄ est p ecclesiam. et pōt esse suffici-
ens causa dispensandi vt sarracen⁹ rex cum tota
terra pmittat cōuersionē si sanctimonialis sibi de-
tur cuius amore captus est. sicut iacob cōsensit da-
re dinam filio regis sichē alienigene ppter circun-
cisionem. aut si regina concupiscēs monachum si-
militer. sic enim moyses duxit vxorē ethiopiā
alienigenā. et q̄ hoc possit licere patet. quia papa
licet non possit facere q̄ pfessus non fuerit profes-
sus: potest tamen facere q̄ non sit obligatus reli-

gioni nec ad vota religionis. quia in omni obliga-
tione intelligitur auctoritas pape excepta. sicut
non potest facere q̄ calix non fuerit consecratus
sed bene potest ipsum deordinare ab hoc qd̄ p cō-
secrationem erat dedicatus: vt si prohibeat q̄ cū
calice sancti dionisij non celebretur in memoriaz
et reuerentiam illius. vnde non erit monachus
obligatus ad castitatem si papa irritat obligatio-
nem tanq̄ ecclesie cōtrariam et maioris boni im-
pedimentum. et per consequens poterit contra-
here. et sic de alijs votis: sicut fecit regi aragonuz
prius monacho quez propter defectum heredis
compulit exire monasterium et ad matrimoniū
contrahendum. qui vxoratus fuit liberatus a vo-
to castitatis. vnde nec post mortem vxoris tene-
batur continere et paupertatem habere: vnde fi-
lios heredes habuit. nec per consequens obedire:
quia non potest tolli vnum d̄ essentialibus qui
tollantur alia fm quosdāz. vnde q̄ ipse vxore im-
pregnata rediit ad monasterium: fuit perfectio-
nis. et fm hoc potest dici ad decretalem q̄ veruz
est q̄ quādiu obligatus est regule: non potest si-
bi dari licentia quia castitas est sibi ānexa. vnde
cum monachus fit episcopus non habet propriū
nec potest testari nisi de priuilegio speciali: nec ē
liberatus ab obedientia. vnde si resignāse episco-
patui redeat ad claustrū: tenetur obedire sine no-
ua professione. sicut patet in raymūdo qui postq̄
resignauit: inuitus factus est magister ordinis. p
hoc etiam patet q̄ papa potest de regularibus fa-
cere seculares. ¶ 7°. probat q̄ papa potest sim-
pliciter facere d̄ monacho non monachum. quia
esse monachum essentialiter est esse obligatū ad
tria vota per talem modum profitendi. licet au-
tem papa non possit facere q̄ iste non fuerit sic o-
bligatus quia nec deus possit: potest tamen face-
re q̄ qui sic fuit obligatus: non plus sit obligatus.
quia aut hoc prohibet votum vel ius diuinū aut
statutū humanuz. non primū: quia in voto vt vo-
tum est papa potest dispensare. nec etiam statu-
tum humanū: quia omne statutum iuris positiuū
amouere potest. sicut ergo papa potest facere q̄
religiosus non sit obligatus ad paupertatem aut
castitatez vel obedientiam quia licet ista vota di-
cantur substantialia religionis plusq̄ alia ex hoc
q̄ sine istis nō est religio que possit esse sine alijs:
nihilominus tamen quando in regula et statutis
continentur alia sicut ista: eque sunt essentialia re-
ligioni illa sicut ista. alias vna religio non differ-
ret essentialiter ab alia: cum omnis religio conti-
neat ista tria et multe equaliter. qua ergo ratio-
ne papa potest dispēsare in illis ita et in istis. istis

autem tribus amoris non stat religio. ergo papa potest facere de monacho non monachuz. Si dicatur q ratio non valet: quia aliquis prelat⁹ dispensat in silentio qui nō dispensat in castitate: dicendum q hoc nō valet: quia illa dispensatio est fm regulam sibi cōmissam et non ista. papa vero dispensat nō quia cōmittitur sibi in regula: sed in re suo tanquā ille in cuius preiudiciū nihil potuit promitti. et qua ratione papa pōt dispensare i omnibus essentialibus eiusdē: fortiori ratione in vno vel duobus. sed verū est q tunc non manet monachus si aut ab omnib⁹ vel aliquib⁹ absolua- tur: qz tria illa sunt de essentia monachatus. ¶ 8^o arguit. quia rationes pro parte opposita et instan- tie contra predicta non valēt. q enim in voto cō- tinentie solēnizato p professionē religionis papa non possit dispēfare: arguūt aliqui quadruplici. ¶ Primo quia abdicatio p proprietatis et custodia ca- stitatis adeo sunt ānexa regule monachali vt cō- tra eam nec sūm⁹ pontifex valeat licētiam indul- gere. extra de statu monachali cū ad monasteriū in fine. Secundo qz cōsecrata: perpetuo durāt cō- secrata quādiu et illeres. Tertio quia papa non potest dispēfare in matrimonio non consumato. sed p fessio soluit matrimoniū non cōsumatum. et sic est fortius vinculū et per consequēs minus dis- pensabile. Quarto quia si papa posset in solemnī voto continētie dispensare: tunc iste cū quo dispē- sare: posset licite ad seculū reuerti et contrahere matrimoniū. sed ponam⁹ q intrasset religionem post matrimoniū initiatū et nō consumatuz et eo p fesso vxor ei⁹ cōtraxisset cū alio: tunc sequerē q aliquis viuente vxore legitima posset cū alia cō- trahere. hoc autē nō videtur. quare et ē. Sed iste instantie nō valent. nō quidem prima: quia dicit q papa nō posset dispensare sed irritare vel non pōt dispensare quādiu ille manet monach⁹ quia essentialiter est hoc illi annexū. sed papa pōt face- re de monacho non monachū. Similiter nec se- cunda valet. quia dicit q solēnitas voti pur dirī- mit matrimoniū post contractū: quo ad istū effe- ctū est per ecclesiā que statuit tales psonas inha- biles. et sic debet intelligi illud de voto caplo p^o li. 6. alias falsum esset si intelligeret q essentia sua esset per ecclesiam. sed q irritet matrimoniū est an- nexū vtriqz ex statuto ecclesie et nō de iure natu- rali quo solū pater et mater sunt inhabiles. nec dē lege diuina. licet autem non possit fieri quin cōse- cratum fuerit consecratū: potest tamen fieri q ex consecratione non consequat illud quod ex solo statuto ecclesie ipsum consequitur. cuiusmodi est

esse inhabilē ad matrimoniū. Alterius tertia istā- tia non valet. quia dicitur q professio soluit vin- culum matrimoniū non cōsumati: non ex statuto ecclesie sed ex hoc q est mors ciuilis. vnde profi- teri vitam heremiticā: soluit matrimoniū si- cut profiteri vitam cenobiticā. potest autē papa dispēfare in morte ciuili quia pōt heremitā cogē- re ad episcopatū redire. ideo et ē. Item qz in mor- te ciuili non est aliquid reale amouendū sicut est in matrimonio. ideo ex statuto dei est q mors ci- uilis que est dispēfabilis per hominē: tollat matri- moniū dispēfabile per hominem. Deniqz quarta non valet. quia dicitur q sicut non est inconueni- ens post matrimoniū consumatuz alterum mori et sic matrimoniūz solui et nihilomin⁹ si mortuus suscitaretur posset contrahere cum alia prima vi- uente: sic non est inconueniēs q post matrimoni- um initiatū: per ingressum religionis et per mor- tem spūalem solutum: si religiosus per dispensa- tionem suscitetur ad vitam ciuilem q contrahat cū alia prima viuente. nec propter hoc habet plures vxores sed vnam tūm quia cum prima fuit solutū matrimoniū. hec petrus d palude. ¶ 9^o. ad idē arguit godofredus. 11^o. quodlibet. q. 17^a. dicens q ad reformationem pacis vbi imineret pericu- lum vel perturbatio ecclesie vel in aliquo tali ca- su: potest dispensari in tali voto. quia si non possit aut hoc est quia non potest recompensari p eque bonum vel melius: aut propter votum: aut p p f solemnitate voti. sed nullum istorum impedit. primuz non: quia virginitas vel continentia mo- nachalis non est de essentia virtutis continentie sed est quidam gradus accidentalē sup additus. sicut abstinere a carnibus non ē de essentia ei⁹ in quo principaliter consistit virtus abstinentie: sed est quoddā accidētale additū. ppter quod casti- tas ioānis non pferitur matrimonio abrahe. vi- tare aut periculum discordie ex qua possit cōtur- bari pax ecclesie et reformare pacem in tali casu: ē satis mai⁹ bonum qz illud accidētale sup addituz super bonum continētie coniugalis. bonū enī cō- mune melius est et diuinius qz bonum singularis p sone: q oportet adeo actus maioris pfectionis de se intermittere. s. actus vite contemplatiue vt exerceantur actus minus perfecti. s. actus vite a- ctiue propter bonum cōmune. Nec est cōtra hoc quod dicitur Ecclesiastici. 26^o. non est digna pō- deratio continentis anime. tum quia ibi non ac- cipitur continentia pro speciali virtute sed p om- ni. tum quia matrimoniū non tollit bonum cō- tinentie simpliciter: sed tantū quantum ad illum gradum accidentalem. Secundum etiam nō im-
s iij

Distinctionis. xxxij. et nouē sequentiū.

pedir. s. obligatio voti. quia votum fatuū nō obligat. s. si aliquis sic uouet seruare aliquid q̄ si totus mundus periret nō dimitteret: fatuū esset. ergo nō obligaret tale votum. sufficit enim q̄ p̄p̄t propriū cōmodū vel p̄p̄ia sponte: non intendat quod uouit mutare. ille etiā cuius ē discernere in quo casu expedit seruare votū: p̄t in disp̄satione voti: extra d̄ iureiurādo ueniētes. Tertiuū etiā non impedit. s. solēnizatio. p̄mo quia omne illud quod ex statuto ecclesie habet uigorē: per ecclesiam p̄t mutari et in eo papa p̄t dispensare. sed omnes solēnizationes et omnes religiones superaddite religioni xp̄iane habēt uigorē ex cōfirmatione ecclesie. ergo et c̄. sicut enim cōtinentia annexa ordini sacro est ex statuto ecclesie: ita etiā dicta solēnizatio. propter quod ita p̄t dispensari in vno sicut in alio. Secundo quia nulla sanctificatio cuiuslibet religionis ab homine cōfite: debet preiudicare religioni ch̄ristiane in qua impiimitur aliquid idēleibile i anima. sed si talis sanctificatio impediret matrimoniū per quod tolleret perturbatio ecclesie et religionis xp̄iane: tūc preiudicaret religioni ch̄ristiane. ergo et c̄. Tertio quia sanctificatio qua aliquid deputat̄ cultui diuino licet repugnet actibus cōtrarijs. s. inhonestis et uitijs: non tamē repugnat actibus honestis i casu necessitatis exercendis: licet sint simpliciter minus boni q̄ actus religionis. s. actus cōtēplationis. sicut patet q̄ episcopi. p̄pter necessitatem cōmunitatis tenent̄ intermittere actus cōtēplationis ut uacent actibus uite actiue. et religiosus in necessitate patris teneretur intermittere obseruantias religionis propter laborē manū ad subueniendū patri. sed actus matrimoniū sunt actus honesti licet non sint ita boni sicut actus religiosorum simpliciter loquēdo: tamē in casu tante necessitatis essent magis boni et magis necessarij q̄ actus religiosorū. ergo sanctificatio religionis nō impedit quin in aliquo casu tāte necessitatis posset disp̄sari cū religioso q̄ matrimoniūz contrahat. decretalis autē illa de statu monachorū cum ad monasteriū: non dicit̄ impossibilitatem sed notat difficultatem. sicut dicitur nō posse fieri q̄d nō sine magna causa p̄t fieri. hec ille. ¶ 10. ad idem arguit henricus. §. quodlibet. q. 27. quod inq̄t alij dicunt q̄ semel sanctificatum deo non p̄t in alios usus mutari ut dicitur Leuitici ultimo: qz non p̄t fieri ut sanctificatū sanctificationez amittat ut patet in calice. solemnitas autem voti consistit in quadā consecratione qua anima deo sanctificatur et ideo non potest non esse sanctificata. sicut semel factus sacerdos non potest nō esse sa-

cerdos. et sic papa in voto continētie dispensare non potest nisi quando est accidentaliter annexa voto ut patet in sacro ordine. tunc enī papa potest dispensare. non autē quādo essentialiter ē annexa ut in voto religionis. hoc inq̄t non ualeat. quia sanctificatum non p̄t mutari in alios usus contrarios per disp̄sationē. p̄t tamen mutari in usum magis proficiū in quo uirtute saluatur votum. ut si uigente necessitate lapides altaris in alium usum conuerterent̄. nec est differentia siue essentialiter siue accidentaliter sit annexa voto. quia qualitercūq̄ quis obliget se voto vel iuramento semper intelligitur excepta auctoritas superioris ut extra de iureiurando ueniētes. Sciendum t̄ q̄ in malo quod auertit a fine ut est peccatū mortale vel retrahit ut est ueniale: non cadit dispensatio nec dei nec hominis. quia sicut deus i se peccare non potest: ita nec creaturā a se auertere nec retrahere. aliud autē est malum quia est occasio mali ut est usus diuitiarum et temporalium. super quo malo cauendo inducta sunt statuta legis positua. quorū quedam sunt imediate a deo ut sacramenta et alia que p̄tinent ad credenda: et in talibus solus deus disp̄satur. alia sunt instituta p̄ hominem: et illa habēt disp̄sationē pro loco et tēpore. et ideo quia uiuere i matrimonio vel extra habere temporalia vel non: sunt ab institutione humana nec contrarianē iuri diuino vel naturali in talibus potest dispensare. imo debet cum uidet hoc esse bonūz reipublice. hec ille in forma. ¶ 11. Contra quartam p̄clusionē arguit scotus probādo q̄ non ideo matrimoniūz impeditur p̄ sacros ordines quia habent annexum votū continētie. quia id votum aut fit annexum q̄ illud uouet suscipiens aut tantūmodo quia ex p̄cepto ecclesie est q̄si annexum quia tenere seruare ac si uoueret. non p̄mo modo: quia nullus uouens uouet nolitum. s. iste suscipiens ordinem sacrum explicitē habet in uoluntate non continere ut est possibile. ergo ipse non uouet continētiā. Si dicas q̄ uouet in facto quod facit in suscipiendo ordinem quia antiqui patres latius uouerunt et iste suscipit simile signum: contra. nullus tenetur ex voto ad votūz factum ab alio si habet votum contrarium. p̄tere rea suscipiunt orientales idem signum: et tamen sine voto castitatis. Si secundo modo: ergo contrahens simpliciter contrahit. probatur extra de matrimonio contra interdictum ecclesie contracto ex litteris. licet contra interdictum trāsire ad secunda vota non debuerit: non est conueniēs ut hoc sacramentū coniugij dissoluatur. alia tamen penitentia debet eis imponi quia cōtra phibitio-

nem ecclesie hoc fecerunt. ergo si tantūmodo est annexum votum continentie ordini sacro ex precepto ecclesie: sequitur q̄ non simpliciter illegitimat ad contrahendum. vniuersaliter enim in iure statutum hoc fieri prohibens: non illegitimat nisi contineat talem sententiam: si contractū fuerit dirimatur: vel si copulati fuerint non sunt aliquid qualiter copulandi. hec ille.



Quantus ad ter-

tium articulū primo notandum est prout. S. Tho. d̄ ducit supra distin. 26. q. p̄. arti. p̄. ad p̄mū. q̄ natura hominis ad aliquid inclinatur dupliciter. vno modo quia est conueniens nature generis: et hoc est cōmune omnibus aīalibus cum quibus conuenit in natura generis. alio modo natura hoīs inclinatur ad aliquid q̄ est conueniens nature specificē per differētiam essentialē qua s̄m p̄m species humana abūdat a genere inquantū. s. est rationalis. et vtroq̄ istoz modoz natura hoīs inclinatur ad matrimonium. nō sicut ad id quod ē necessarium ad p̄fectionē cuiuslibet hoīs q̄ talis inclinatio quēlibet obligaret eo q̄ naturales p̄fectiōes oib⁹ sunt cōmunes. put. S. Tho. ibi notat. ar. 2. in cor. sed sicut ad id qd̄ ē necessarium ad p̄fectionē multitudinis seu cōmunitatis. nō tñ vtroq̄ modo inclinatur natura hoīs ad matrimonium equaliter nec s̄m idē. cū enī matrimonium. put p̄bs docet. S. ethi. hēat p̄ fine principali filioz p̄creationē et educationē: p̄ fine vero secundario habeat mutuū obsequium sibi a cōiugib⁹ in reb⁹ domesticis imp̄sum: eo q̄ ad humanā vitā quedā opa sunt cōpetētia viris et q̄dā mulierib⁹: natura humana s̄m rōnem generis inclinatur ad matrimonium quantū ad principale finē qui est filioz p̄creatio et educatio. s̄m rōnem vero specificā inclinatur ad matrimonium quantū ad finē secundarium q̄ est mutuū obsequium siue operū cōmunicatio q̄ necessaria sunt ad vitā. Itēq̄ obstat q̄ homo in natura generis cōueniat cū ceteris animalib⁹ in quib⁹ natura non inclinatur ad matrimonium quāuis inclinet ad filioz p̄creationē et educationē. qm̄ vt. S. Tho. loco p̄mo allegato tāgit: et magis expresse in questionib⁹ de potētia dei. q. 2. ar. 2. in cor. natura cōmunis vt generis aliquē modū et aliquaz p̄fectionē accipit ex p̄p̄is speciei in qua continet quod sibi non cōpetit s̄m rōnem generis. vnde i hoīe aīalitas p̄fectior est q̄ in brutis aīalibus. ac p̄ hoc actio q̄ debetur nature animalis: p̄fectior est in homine q̄ in alijs aīalibus. est enī in homine s̄m q̄ cōpetit p̄cipis speciei humane. ex quo fit

vt homo p̄fectius habeat actū virtutis imaginative q̄ reliqua aīalia s̄m q̄ competit eius rōnality. nimirū igitur q̄ natura generis in hoīe inclinatur ad matrimonium nō in alijs aīalibus. matrimonium enim nō solū dicit cōiunctionē maris et femine ad filioz p̄creationē et educationē: sed et ad instructionē in morib⁹. importat etiā coniugale vinculum consensu et pactione vtriusq̄ causatū qd̄ in alijs animalib⁹ nō inuenit. et inde est q̄ tanquaz cōtractus inter hoīes dūtaxat existēs: diffinit q̄ ē viri et mulieris coniunctio maritalis inter legitimas p̄sonas indiuiduā vite cōsuetudinē retinentes. Confirmat ea que supra dicta sunt de duplici fine matrimonij verba augustini i libro de bono coniugali caplo tertio sic dicentis. cur sit bonū coniugium querit merito. quod mihi nō videt. p̄pter solā filioz p̄creationē: sed p̄pter ipsam etiā naturalem in diuerso sexu societate. alioquin nō iā diceretur coniugium in senibus: p̄sertim si vel amississent filios vel minime genuissent. nunc vero in bono licet annoso cōiugio r̄ si emarcuit ardor etatis inter masculū et feminā: viget tamē ordo charitatis inter maritum et vxorē. ¶ Ex quib⁹ inferimus q̄ siue aliquid repugnet matrimonio quātū ad principale eius finē siue quantū ad finē secundarium: cōtra naturā hoīs et cōtra eius naturalem inclinationem dici debet. et p̄ consequēs disp̄satio illi stāte matrimonio: p̄inet ad nature cōditorē et matrimonij institutorē. nā eius solius est dispensare in lege: cuius est legē condere. vnde q̄ pluralitas vxozū simultanea et si non repugnet principali fini matrimonij: repugnat tamē fini secundario. p̄ eo q̄ cōiugalis vita et mutuū coniugium obsequium s̄m operū cōmunicatiōe vix aut nūquā duci potest cū amore et pace ipsoz sine quib⁹ vita matrimonialis grauis et difficilis reddit et diu p̄manere non possit: cōsequēs est q̄ nūquaz licitum fuit vnū virum plures habere vxores nisi dispensante nature auctore q̄ p̄ter et supra naturales rerum inclinationes: mouere et ordinare res cōditas p̄t. Est ad hoc et specialis ratio q̄ ex diuina institutione coniunctio matrimonialis est vnius ad vnam tantūmodo s̄m illud gene. 2. p̄p̄ hāc relinquet homo patrem et matrem et adherabit vxori sue et erunt duo in carne vna. vbi nō dicitū est vxoribus sed vxori vt interlinearis dicit. et erunt duo non plures. sequitur ergo q̄ disp̄satio ad plures vxores: ex sola dei auctoritate eē possit. ¶ Unde. S. Tho. in hac distin. 33. q. p̄. arti. 2. in cor. lex inquit de vnitāte vxoris: non est humanitas sed diuinitus instituta. nec vnquā verbo aut litteris tradita: sed cordi impressa sicut et alia q̄

Distinctionis. xxxiiij. et nouē sequentiū.

ad legem nature qualitercūq; pertinent. et ideo in hoc a solo deo dispensatio fieri potuit per inspirationē internā. que quidē principaliter sanctis patribus facta est et per eorum exemplum ad alios ē derivata eo tempore quo oportebat predictū nature preceptum pretermitti vt maior esset multiplicatio plis ad cultum dei educāde. huius sententie fauet quod Chrysostomus dicit in homelia Abathe 19. inquit enim. non solum autē ex modo creationis: sed etiā ex modo legislationis monstrauit quā vnum oportet vni coniūgi et nūquā rescindi. vnde sequitur et dicit. propter hoc relinquethomo patrē et matrē et adheret vxori sue. Et hoc nō iam pro opinionetē tenendū putam⁹: sed pro veritate in caplo gaude: nusde diuortijs diffinita. vbi innocenti⁹ tertius sic dicit. neq; vlli vnquā licuit insimul plures vxores habere: nisi cui fuit diuina reuelatione concessum.

Secundo Notandum est q̄ sicut apparet ex supra dictis matrimonium non solum est ex institutione diuina inquantū est sacm: sed etiā inquantū est in officium nature. vnde et cōsensus cōtrahentium non haberet vim efficiendi matrimonium q̄ ad ppas et perfectam sui rōnem: nisi ppter efficaciam quam habet ex diuina institutione. et hoc expresse dicit S. Tho. sup̄ dif. 27. q. p̄. ar. 2. sub. ar. p̄. ad p̄. vinculum ergo perpetuum inter coniuges et eius indissolubilitas per totā vitam q̄ consequit naturam matrimonij: ex diuina est institutione tanquā ex causa prima et pncipali. ex mutuo autē consensu: ē sicut ex causa secundaria et instrumentali. put ibidem. S. Tho. docet. Fallunt igitur qui putāt solo consensu coniugatorū posse matrimonium rescindi vel in eo dispensari q̄ ad ipsius subalia: argumentantes q̄ vnūquodq; p̄ illas causas dissoluitur p̄ quas et constituit. vnde qz contractus matrimonij fit ex pari cōsensu viri et mulieris: videt illis q̄ et ex eorum mutuo consensu dissolui et in eo dispensari possit. Lerte motiuū istoz vt ex premisis apparet est fallax. supponit enim hoc falsum q̄ matrimonium vim et efficaciam habeat ex solo coniugatorū cōsensu: quasi fuerit quidā human⁹ contractus cōtra verbum dñi dicētis Abathe 19. q̄s de⁹ coniūxit homo nō separet. vnde si motiuū illorū valeret: posset etiā vxor de cōsensu viri plures habere maritos quod est absurdū. p̄batur illud. qz viret vxor q̄ ad cōtractū matrimonij et ad vtriusq; cōsensum: ad paria iudicant. et hanc rationē tangit innocenti⁹ in caplo preallegato gaudemus dicens. euidenter apparet pluralitatē in vtroq; sexu cum nō ad imparia iudicent: circa matrimoni

um reprobandaz. Et ex his inferim⁹ q̄ quāuis ex licetia et psuasione abrahā duxerit agar in secundam vxorē: factū fuisse illicitū et vterq; peccasset: nisi ex diuina dispensatione facta preuelationem abrahę: illud fuisse p̄batur. et id ipsū tenendum est de pluralitate vxorū in ceteris antiqs patribus quos a peccato excusari oporteat. Neq; obstat q̄ talis dispensatio in sacra scriptura non legatur. qm̄ vt. S. Tho. dicit in hac dif. q. p̄. ar. 2. ad. 3. qualis est lex: talis debet esse dispensatio legis. et quia lex nature nō est litteris scripta s̄ cordibus impressa: ppter hoc nō oportuit dispensationem eoz que ad legē nature p̄tinent lege scripta dari: sed p̄ internam inspirationē fieri. Sed contra ista obijci pōt. qz vt augustin⁹ dicit in littera loquens de pluribus vxorib⁹: quādo mos erat peccatum nō erat. vbi videtur q̄ ipsa cōsuetudo fecit esse licitū habere plures vxores. nō ergo id ascribendum est speciali dispensationi diuine. Ad hanc obiectionem respōdet. S. Tho. in hac dif. 33. q. 2. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 4. q̄ in illo xpo augustin⁹ mos nō ponit pro cōsuetudine sed p̄ actu honesto: s̄ q̄ a more quis dicit morigerat⁹ quia est bonoz morum. vel sicut a more phia moralis nominatur. hec ille. et est sensus q̄ mens augustin⁹ fuit dicere q̄ quando mos erat id est quando a patribus illis fiebat qui honestis actibus morigerati erant: peccatum non erat plures habere vxores. ea scilicet ratione quia viri bonis moribus p̄diti: sine dei auctoritate ac concessione id non fecissent. nouerant profecto q̄ eius erat in lege dispensare cuius et legem condere. Neq; iste sensus repugnat his q̄ supra dixerat. S. Tho. q. p̄. arti. p̄. ad. p̄. vbi respondet ad ipsa eadem verba augustin⁹ capiēdo morem pro cōsuetudine. nā ibi respondet ex abundantia etiam capiēdo morem pro consuetudine ad sensum arguentis. quia nec in eo sensu argumentum militat contra conclusionem quā ibi. S. Tho. tenet. nam illa consuetudo habuit vim et originē ex diuina dispensatione primis sanctis patribus facta. per quorū exemplū ad alios derivata est. put. S. Tho. dicit infra. ar. 2. in cor. in quibus iā obtinuit consuetudo p̄ tempore q̄ oportuit prole multiplicari ad cultū dei.

Tertio Notandum est q̄ votū solēne cōtinētie dirimens matrimonium dupliciter solēnizat. s. p̄ sacri ordinis susceptionē: et p̄ p̄fessionē in religione. put habetur in caplo vnico de voto et voti redēptione libro sexto. sed diuersimode: quia p̄ p̄fessionē tacitam vel expressam alicui de religionibus approbatis: vouet profitens continētiā sicut aliqd de essentia

talibus professionibus. sunt enim tria hec vota. scilicet continentie et obedientie ac paupertatis ita essentialia religioni simpliciter: quod in illis tota et perfecta ratio religionis consistit: nec aliquo eorum deficiente stare posset perfecta religio. prout S. Thome dicitur. 2.^a. 2.^o. q. 186. ar. 3. et. 4. et. 5. et. 6. Et opus. 18. de perfectione vite spiritualis in pluribus capitulis. Unde eo ipso quod quis proficit aliquam de religionibus approbatis: vouet sollemniter continentiam obedientiam et paupertatem in quibus essentialiter consistit religio. prout de illi modi viuendi in quibus homines matrimonio vtuntur: non sunt simpliciter et absolute loquendo religiones: sed secundum quid in quantum in aliquo participat quedam que ad statum religionis pertinent. prout S. Thome notat. 2.^a. 2.^o. loco proxime allegato. ar. 4. ad. 3.^m. per susceptionem vero sacri ordinis vouet quis sollemniter continentiam: non tanquam aliquid sacro ordini essentialia: sed tanquam aliquid ex statuto ecclesie sibi annexum. non enim repugnat essentialiter matrimonium sacris ordinibus: nam possunt actus et officia sacrorum ordinum licite et sufficienter expleri coniugatos sicut nunc in ecclesia grecorum obseruatur: et ante romane ecclesie statutum: in ecclesia latinorum licitum fuit. ¶ Ex quibus inferimus quod non est eadem ratio dispensandi in voto sollemni continentie per professionem religionis sollemnizato: et in voto continentie sollemni per sacri ordinis susceptionem. nam dispensare in voto continentie sollemni cum eo qui professus est aliquam de religionibus approbatis vt. scilicet possit matrimonium contrahere: idem est quod facere de religioso simpliciter: non religiosum simpliciter. probatur hoc. quoniam vt premissum est votum sollemne continentie sicut et obedientie et paupertatis est de essentia professionis in religione. vnde tria vota continentie paupertatis et obedientie: essentialiter constituunt religiosum in quantum est religiosus. sicut ergo nulla res subsistere potest sine his que ipsam substantialiter constituunt: ita nec religiosus absque tribus votis prefatis potest vere religiosus manere. Dispensare autem in voto sollemni continentie cum eo qui ordinem sacrum suscepit: non est dispensare in eo quod est sacro ordini essentialia. ac per hoc non est facere de ordinato in sacris non ordinatum in sacris. sed est manente ipso vere et realiter in sacris ordinato: illum absolueri ab obligatione seruandi continentiam ad quam per statutum ecclesie tenebatur. huiusmodi autem dispensatio non est aliud quam in statuto ecclesie dispensare. ¶ Patet igitur quod non est eadem ratio dispensandi in vtroque voto sollemni imo multum diuersa. quam ob rem auctoritas seu potestas dispensandi in vno non arguit potestatem et auctoritatem in altero dispensandi. vnde

communiter tenetur et a theologis et a canonistis quod papa potest dispensare cum ordinato in sacris etiam presbytero quod matrimonium contrahat: ipso manente presbytero: imo et eius ordinis executione. sed an dispensare possit cum sollemniter professio religionem approbatam quod matrimonium contrahat: dubium est apud multos et magnos. Ad cuius dubij declarationem inquirendum videtur an papa possit facere quod religiosus sollemniter professus non iam sit religiosus. nam si hoc papa potest: poterit cum religioso professio dispensare quod matrimonium contrahat: sin autem non. eiusdem enim potestatis et efficacie est hoc et illud prout supra fuit probatum. ¶ Pro quo sciendum est quod vt accipitur ex dictis augustini in libro de vera religione: religio a ligando dicta est. religet nos inquit augustinus religio vni omnipotenti deo. religari autem quis dicitur secundum nominis proprietatem: qui primo ligatur iterum amplius alligatur. omnis autem fidelis primo ligatur deo per fidem quam vt dicitur Iherem. 11.^o. accedentem ad deum oportet credere quod est. ligatur autem hoc modo per susceptionem sacri baptismatis quod et dicitur sacramentum fidei eo quod in baptismo baptizatus fidem protestatur vel per seipsum vt adultus vel aliter pro eo si est infans. ista autem ligatio quamuis precedat ex spontanea hominis voluntate vera vel interpretatiua quia vt augustinus dicit nemo credit nisi volens: ligatur tamen ad ea que necessaria sunt homini ad salutem quia sine fide impossibile est placere deo Iherem. 11.^o. Secundo iterum ligatur fidelis spontanee ad quedam que licet non sint saluti hominis necessaria: sunt tamen facilius et perfectius ad salutem conducenda quemadmodum opera consiliorum secundum illud Abathai. 19. si vis perfectus esse vende et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me. et illud apostoli per Corinth. 7.^o. de virginibus autem preceptum domini non habeo consilium autem deo. et ad ista homo ligatur per votum quod dicitur a doctoribus singulare. vnde per respectum ad primam ligationem que est per fidem: ista dicitur religatio a qua sumptum est nomen religionis que statum perfectionis importat et de qua est nobis sermo ad presens. verum quod prima ligatio que est per fidem: potest dici quodammodo religatio per comparisonem ad aliam prioram qua quilibet homo in quantum nature rationalis est: ligatur ad precepta iuris naturalis. vnde et consuevit dici christiana religio: quia per ipsam ultra id quod fideles ligati sunt ad iura nature: religantur iterum ad ea que fidei christi sunt que leges nature excedunt. Capiendo autem religionem secundo modo ad propositum nostrum: ab ea dicti sunt religiosi quasi deo religati

Distinctionis. xxxij. et nouē sequētū.

per obligationes qua ex voto ligati sunt ad quāda opera consiliozum. huiuscemodi autē obligatio seu religio fit dupliciter .s. simplici seu nuda pmissione que fit per votum simplex. et solēni professione ad religionem approbatam que fit per votum solēne quod implicat nō solum pmissionem sed et actualem promissio rei exhibitionem. q̄ complementū est et perfectio promissionis prout. S. Tho. inquit in hac dist. 38. q. p̄. ar. 2. sub. ar. 3. et quodlibet. 8. ar. 10. huiuscemodi autē exhibitio fit per hoc q̄ homo solemniter vouens religionē se totum dedicat deo et diuinis obsequijs. ex tūc se faciens per professionem seruū dei: nihil libertatis sibi retinens ad ea que mūdi sunt. vnde gregorius loquens de religiosis dicit sup ezechielem. sunt quidam qui nihil sibi metipsis reseruāt: s̄ linguam vitam atq̄ subam: omnipotēti deo imolāt. quos dionisius. 6. caplo ecclē. hierar. dicit nominari dei famulos ex dei puro seruitio ac famulatu et vniri ad deo amabilem perfectionē.

Duo igitur pensanda sunt in voto solemnī per professionem ad certam religionem. vnum ē realis et actualis traditio qua ex ipsa ratione professionis: profitens se totum deo tradit mūdo abrenunciāns ac se in possessionem deo exhibens diuinis obsequijs ex tunc mancipatum. aliud est ipsius profitentis quedam consecratio qua deo et diuino cultui vsq̄ ad mortem dedicatur. duo ista accipi possunt ex dictis dionisij. 6. caplo ecclē. hierar. Primum cum dicit. vnde diuini duces nostri nominationibus eos. .s. monachos sacris dignati sunt. alij quidem therapeutas. .i. cultores dei alij autem monachos ipsos nominātes ex dei puro ministerio et famulatu: et non partita ac singulari vita tanq̄ vnificante eos inseparabilibus sacris complicationibus in deiformē vnitatem et amicam deo consumationem. Secundum tangit cum subiungit. propter quod et consumatiua eis donauit gratiam sacra legislatio: et quedam eos dignata est consecratiua inuocatione. **E**x utroq̄ autem horum duorum videtur efficaciter probari q̄ monachus seu religiosus professus ita est diuino cultui et dei seruitio mancipatus totalit̄ mūdo abrenunciāns: q̄ nulla humana auctoritate et dispensatione ad vitam secularem et ad mūdi negotia reuertipoteest. **E**x primo quidem probat̄. quoniā sicut nulla humana auctoritate aut dispensatione fieri potest q̄ matrimonium consumatum dissoluatur pro eo q̄ vterq̄ coniugum realiter et actualiter se tradit in potestatem alterius: dicēte dño quos deus coniūxit homo non separet: ita videtur q̄ nulla humana auctoritate vel dispensa-

tionē fieri possit q̄ matrimonij spirituale quod cum deo anima contrahit: dissoluatur postq̄ fuerit consumatum per realem et actualem traditionem qua religiosus per solēnem professionē deo se tradidit. tenet consequentia. quia nō minoris immo maioris firmitatis est matrimonij spūale quod cū deo contrahitur: q̄ carnale quod contrahitur inter homines. vnde per illa verba domini quos deus coniūxit homo non separet: non minus adempta fuit a potestate hominū separatio seu dissolutio matrimonij spiritualis quo p̄ solēnem votum religionis religiosus per realem sui traditionem despōsatur et spūaliter copulat̄ deo: q̄ separatio coniugum carnaliter contrahētū imo magis quāto maiori gratia et nexu homo deo dicatus: est alligat̄ deo q̄ carnaliter contrahentes adinuicem. quod apostolus satis innuit p̄ 1. Cor. 6. qm̄ de nexu carnaliter contrahentium inducit illud gene. 2. et Abathe. 19. erūt duo in carne vna. de nexu vero spiritualis coniugij cum deo dicit. qui autem adheret domino vnus spiritus est. maior profectō est et firmior ac perfectior nexus in vno spū q̄ in vna carne. **U**nde magister in hac dist. 38. ex dictis innocentij pape arguit a minori ad maius sic dicens. si enim de omnibus heretico custoditur vt quecūq̄ viuentē viro alteri nupserit adultera habeatur nec ei agende penitentie licentia conceditur nisi vnus de illis fuerit defunctus: quāto magis de illa tenenda est que ante se imortali sponso coniūxerat et post ad humanas nuptias trāsmigrauerit? **R**esonat his. S. Tho. in hac dist. 38. q. p̄. ar. 3. sub. ar. 3. vbi pro veritate questionis arguentis primo loco ait. ille qui facit votum solemnē contrahit matrimonij spirituale cum deo quod est multo dignius q̄ materiale matrimonij. **E**x secundo vero id probatur. quoniam vt accipitur ex Leuitici vltimo capitulo: quod semel deo dedicatus est: ad alios vstrahi nō potest. vnde vt ibi dicitur: omne qd̄ dño consecratur siue homo fuerit siue animal siue ager: nō veniet neq̄ redimi poterit. et subiungitur ratio quia quicqd̄ semel fuerit consecratū: sanctum sanctorum erit domino. et ad designandū q̄ domino consecratum non liceat ad mūdānos vsus conuertē: subinfertur in textu. et omnis consecratio que offertur ab homine: non redimetur sed morte morietur. vbi in eo q̄ dicit nō redimetur: satis significatur q̄ cōmutatio etiam in meli^o locum non habet: sed erit sic dño consecratū vsq̄ ad mortē. quod designatur in eo q̄ dicit sed morte morietur. qua scilicet leuite diuino cultui consecrati: dicebātur mortui. quemadmodū apud nos

religiosi mortui mūdo dicūt. put nichola^o de lyra
ibi exponit. cui expositioni cōsonat interlinearis
cum dicat sup illud sed morte moriet. viuo autez
iā non ego: viuit vero in me xps Gala. 2^o. Ad qđ
facit quia in eo dē capto supra preceperat de^o sic.
animal quod imolari pōt dño si quis vouerit: san-
ctum erit et mutari nō poterit. i. nec melius malo
nec peius bono. ¶ Et confirmat quia in reb^o in-
animatis in quibus cōsecratio et sanctificatio nul-
lam formā ponit realem quod semel deo cōsecre-
tus est: ad mūdānos vel humanos vsus nulla hu-
mana potestate potest trahi quādiu in suo esse p-
manet sicut patet de calice et de ecclesia cōsecre-
